



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)




Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

# HESIODI

ASCRAEI POEMA INSCRIPTVM  
ΕΡΓΑ ΚΑΙ ἩΜΕΙΠΑΙ, id est,  
Opera & Dies.

ACCEDUNT in idem brevia scholia I A:  
COBI Ceporini, per IOANNEM Frisiū Tiguri-  
num denuò aucta: in quib. dictiones & sententiae quæ-  
dam obscuriores, atque obiter Græcorum carminum  
ratio declarantur. Enarrationes item luculentissimæ  
unæ cum Præfatione PHILIPPPI Melanchthonis.  
Adiecta est etiam recens Latiba interpretatio Ioannis  
Frisij, qua uerbum uerbo quam propriissime redditur.



TIGVRI apud Christoph. Froschouerum.  
Anno M. D. LXII.



ANDREA FELICIS OEFE  
L.Y.  
*Monacensis.*

# PRAEFATIO IN<sup>3</sup> HESIODVM PHILIP PI MELANCHTHONIS.



V M de enarrando Hesiodo deliberarem, inter cæteras difficultates quas mihi id negotij suscepturn propositas esse intelligebam, in mentem hoc quoq; ue Niebat, non defuturos esse, quoniam nō ita multo ante is poeta in hac schola luculenter enarratus est, quibus, si relegeretur, fastidium repetitio adferret. Video enim non aliter atq; vulgo aiunt novas cætiones gratissimas esse, ita uos audiisse ad eos audires cognoscendos, qui minime non ac periuulgati sunt, confluere. Quanquam igitur uerebat ut acceptri essetis pœma, quod gratiam nouitatis paulo ante exuit, tamen confirmauit me eorum iudicium, de quorum consilio Hesiodum enarrandum suscepi, qui quod eius pœtæ cognitionem maxime frugiferam & liberali ingenio dignissimam esse statuebant, sœpe relegendum esse iudicabant. Nam cum magnam utilitatem habeat relectio, & diligentius expendantur & altius intospiciantur ea quæ retractamus, (sunt enim, ut scitis, Ἀντίφορος οὐρανός,) fore arbitrabatur, ut neminem preniteret Hesiodum ex intervallo regulasse & proprius cognouisse, cuius de omnibus officijs et honesta præcepta sunt, tam multæ sententiaz, quæ ad absurdas & abstrusas in natura res cognoscendas faciunt, ut nunquam de manu deponendus videatur. Nam qui numerat potius quam longum catalogū authorum audiet, quam suppedit quid ex quoq; lucrificerit, is sciæt se in studijs im-

feliciter uersari. Neq; uero multum utilitatis adferre scriptor ullus potest, semel tantum uelut à limine salutatus. Et Hesiodum ueteres non tantum putauerunt semel atque iterum legendum esse, sed ediscendum omnibus pueris, qui liberaliter instituebantur, ut Columella testatur, proponebant. Ego igitur his causis adductus sum, ut susceperim hunc poetam rursus interpretandum. Sed quoniam cupio uobis etiam persuadere utilem operam uos in eo repetendo sumptuos esse, aliquanto latius huius mei iudicij ratio mihi exponenda est, & dicendum quomodo legere ueterū scripta conducat. Qua de re dū dico quęso me diligenter attendite. Nam qui in discendo nihil aliud consiliū habent, nisi ut multa legant, hi mihi tanquam uia lapsi, toto cœlo errare uidentur.

Proinde sic statuo, paucos quosdam eosq; optimos ex illo magno librorum numero eligendos esse, quibus à prima pueritia innutriti, omnes corum sententias, ut digitos ac ungues nostros, teneamus, & sermonem eorum, quam proxime fieri potest, nostra oratio referat ac redoleat. Anmaduerto autem hanc orationem in reprehensionem querundam imperitorum, qui uarietate lectionis doctrinæ famam aucupantur, incursum esse, qui me desidiam iuuentis nouo quodam Paradoxo alere uociferabuntur, cum audient me uariam & multorum lectionem improbare. Ego uero si quam nouam legem, nullo authore, sine grauibus testibus ferrem, iure culpandus essem. Neque enim uel ætas mea, uel eruditio, uel authoritas eiusmodi est, ut sumere mihi apud uos præcipientis personam ausim, uerum ea quæ à doctissimis uiris tradita meminimus, quæq; mediocri harum literarum in quibus uersamur usu cognouimus, in medium afferre officij nostri esse iudicauimus. Horatius ait: Vel si cœcus iter monstrare neli, tamen aspiciendum

dum esse, si quid moneat quod non sit iurabile. Quare uos  
rogo ne grauatum, in tam uarijs opinionibus eorum qui  
descendi rationem tradunt, & meam sententiam audiat, &  
cui nisi doctissimorum hominum testimonia suffragan-  
tur, non postulo ut accedatis: fin autem & locupletissimis  
testibus fidem fecero, & grauissimis argumentis ostende-  
to, promiscuam illam uariamq; lectionem non perinde iu-  
nare studia, ut quidam existimat, nihil erit opinor, cur mihi  
quisquam hæc monenti succenseat. Sicut igitur prudens  
est ceterum alicubi domicilium certam sedem, certos ha-  
bere lares, ita in studijs necesse est animum habere certos  
quosdam authores, ad quos se quacunque de re disputatio  
inciderit, referat, quos penitus notos habeat, quosque de  
omnibus rebus in consilium adhibeat. Non uacat autem  
illi, qui in omnibus chartis excutiendis operam sumit, in  
certis aliquibus scriptis tantisper commorari, dum & peni-  
tus ea cognouerit, & ita imbiberit, ut planè in suam natu-  
ram uerterit. Neque enim fieri potest, (ut ait Xenophon,)  
simil. & multa quispiam faciat, eademq; recte omnia: non  
enim potest se mens intendere in diuersa. Quare cum ali-  
qua de te, aut iudicandum est, aut dicendum, tum demum  
sudat illi ac sentiunt in tanta copia quam sint inopes. Quia  
enim nullam certam suppellectilem habent, unde depro-  
mant quæ usus poscit, itur ad bibliothecam, queruntur in-  
dices, mutuantur à singulis authoribus senttiolas aliquot:  
quas cum in lucem proferunt, quia plerunque male cohæ-  
rente fuit illa, nec inter se consentiunt, inuenias pleraq; illa  
nihil facere nō. Neque uero legere se putet authorem  
is, qui obiter tantum inspexerit ac salutauerit. Nam quem  
admodum aiunc amici sensum deprehendi non posse, pri-  
usquam cum eo multis salis modios ederis, ita diu mul-  
tuusq; habendus est in manibus author, iterum atque iter-

sum involvendus, dum fiat satis familiariter nomis, dum il-  
 lius sententia, illius uerba sic insidet tibi, ut cum opus est,  
 non procul accessenda aut querenda sint, sed ultra se tibi  
 offerant. Contra, quemadmodum immodicus cibus, quia  
 concoqui non potest, in crudos humores degenerat, qui  
 non modo non alunt corpus, sed naturalem etiam succum  
 strangulant: Ita cum multa legeris, fortassis fiet ut confu-  
 saneam quandam doctrinam tibi compares, sed illa magis  
 hebitabit ac obruet ingenium quam perpoliet. Nihil enim  
 certi, non res, non uerba, in tanta uarietate lectionis reli-  
 quum tibi facies. Verba undeque emendanda erunt  
 quatuor dicere institueris, quorum mira dissimilitudo erit,  
 neque magis inter se similes sententiae erunt ex varijs locis  
 authorum nullo iudicio aut delectu transcriptae. Denique  
 in tota oratione uelut ægri somnijs uanæ fingentur speci-  
 es, ubi non pes non caput uni est. Cum igitur hæc incom-  
 moda secum affert illa tumultuaria lectio, quid tandem  
 rei est, cur nō ingrediamur meliorem aliquam legendi ra-  
 tionem? cur non doctissimorum hominum præceptis ob-  
 temperemus? Neque enim ignota est uobis sententia Pli-  
 niij præcientis, ut sui cuiusque generis authores diligen-  
 ter eligantur: ullum enim, ut ait, legendum est, non mul-  
ta, quod sic accipiendum esse nemo dubitat, sepe multum  
que eadem esse relegenda, nec esse distrahendum animum  
uarietate authorū. Idem monet Seneca, certis enim inge-  
 nis, inquit, immorari ac innutriti oportet, si uelis aliquid  
 trahere quod in animo fideliter sedeat. Non Delphicum  
 ullum oraculū uerius esse experiemini, si uestra studia ad  
 calculos vocabis, & ratiocinabimini quantum luci attu-  
 lerit aliquando unus author ter aut quater relectus, & ad  
 id conferatis ea que ex multis alijs libellis obiter inspectis  
 in animo hæserunt. Intelligitis enim multo uberiores fru-  
 ctus

Etus uos ex uno illo libro quam ex reliqua tota bibliotheca percepisse. Accedit huc quod sicut alias artes imitatione docuit, ita in his nostris studijs, nisi ad aliquod certum exemplar dirigamus animū, nihil efficiemus dignum laude. Videris n. eos q̄ sculpere, qui pingere, qui canere discunt, eligere aliquē magistrū, cuius esse quam similimi studeant. Neque uero exigunt hanc diligentiam inferiores artes, & non flagitant eandem hæ maximæ uitæ & regendarum rem publicarū artes, in quibus uos uersamini. Non enī fas intelligitis quid encris sustineatis, si non cogitatis has literas ad quas adhibiti estis, comparandas esse tum ad priuaram uitam recte instituendam, tum ad ciuitates regendas, ad iudicia tenenda, ad religiones conseruandas, denique ad omnes uitæ partes gubernandas. Quare si aliæ mediocres & tanquam secundæ classis artes percipi non possunt nisi ad certa exemplaria manus dirigatur, quanto minus has difficiliores consequemur, nisi proposuerimus nobis aliquem ad imitandum, quem tota mente atque toto animo intueamur, qui regat omnia consilia nostra, uel in descendendo, uel etiam in rebus gerendis? Nonne grauissimus poeta Vergilius, cum significare uellet, quæ esset optima ratio principis ad eximiam uitutē instituendi, singit Euanđrum adiungere adolescentem filium Aeneæ, & præceptore gnato, ut inde à prima pueritia Aeneam effingere & imitari studeat? Sic enim ad Aeneam ait cum illi puerum commendat:

*Sub te tolerare magistro,  
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta*

*Adfuescat, primis & te miretur ab annis.*

Sensit enim poeta artem illam imperandi, unam omnium longe præstantissimam, neminem adsequi posse, nisi se ad alicuius summi uiri imitationem totum componat, cuius dicta, facta, consiliaq; omnia ob oculos posita habeat, ad

quæ suum ipse cursum dirigat. Quanquam autem hæc non  
stræ artes dignitate longe infra bene imperandi scientiam  
positæ esse existimentur, tamen difficultate illi pares esse ne-  
mo dubitare potest, si modo expenderit, quanti negotij sit,  
tam multarum rerum cognitionem, præterea mediocrem  
quandam facultatem dicendi & exponendi, quæ recta esse  
perspexeris, parare. Est enim proœsto una de difficillimis  
artibus, uel mediocris eloquentia. Quare si in leuioribus  
artibus sine imitatione effici nihil potest, Eloquentiam ne-  
putabimus nos sine ullo administriculo consequi posse? Ci-  
ceroni non uidetur. Nā apud hunc Antonius ante omnia  
præcipit, ut eligamus aliquem cuius nos similes esse ueli-  
mus, & summa contentione animi effingamus, atque imi-  
temur in illo ea quæ maxime excellunt. Quod si igitur i-  
mitatio tantopere necessaria est, nec imitarī quenquā possi-  
mus, quem non penitus notum habeamus, non relinqui-  
tur dubium, quin diu legendi sint aliquot optimi libelli.  
Ut enim qui semel oppidum aliquod præteruectus est, nō  
omnes urbis uicos, non ciuitatis mores, non hominum lo-  
ci eius ingenia statim didicit: ita consilia ac sententias, aut  
sermonis compositionem in authore quem semel percur-  
risti, non statim animaduertere potuisti, sed diu in eo com-  
moranum est, si uoles alius introspicere. Iam ut eius ali-  
quam similitudinem adsequaris, ut uerba illius in prom-  
ptu habcas cum opus est, ut sermonis compositione non sit  
illi absimilis, hoc uero sine perpetua lectione effici non po-  
test. An non uidemus pictores cum uultum alicuius des-  
pingunt, quam sæpe respiciant ad exemplar, quam conten-  
tis oculis omnes lineas contéplentur? Ita nobis nunquam  
deiçendi oculi erunt ab eo authore quem perdiscendum  
in manus accepimus, quemq; imitandum esse aliquo mo-  
do duximus. Non dispuo nunc de tota imitandi ratione,

sed

sed hoc monere tam uolui, oportere nos in studijs nostris habere certas quasdam sententias semper ob oculos, ex quibus uel de moribus, uel de rebus alijs iudicium faciamus, & ad quas referamus nos quacunque de re disputabimus. Deinde quedam struendæ componendæq; orationis tenenda forma est & character, similis ueteri & pure Latino sermoni, quorum utrumque decebat istis qui unum hoc studium habent per omnes authores grassandi. Nam cum sine delectu omnes sententias congerant, non potest fieri, ut habeant certas aliquas propositas, quas in iudicando se quatur. Deinde citius tota rerum natura mutabitur, quam fieri ut iusta orationis structura utantur hi, qui non ad aliquorū ex ueteribus imitationem sese contulerint. Itaq; uidemus eorum orationem qui quanquam multa legerint, tamen in componenda oratione, cum nullam ueterē formam imitantur, persimilem esse mendici pallio, cui passim lacerato, omnis generis panniculi assuti sunt. Nam tota iſtorū oratio ex dissimiliis & uerbis & sententijs congregata, aliās longas habet circunductiones, aliās abrupta quedam & mutila membra, aliās obsoletas & ab ultima antiquitate petitas figuræ, quas non intelligat si reuiuiscat ipsa Euandri mater, aliās uocabula noua & in media barbarie nata. Porro cū illa dissimilitudo obscuritatē pariat, et maximum uitium orationis sit obscuritas, quis tale dicendi genus non oderit? quis non fugiendum uelis, ut ita dicam, & remis sentiat? Quæcum ita sint, quis non fateatur satius esse paucos scriptores, sed optimos subinde legere, eosq; familiarissimos nobis facere, quam tumultuaria lectione per omnia bibliopolia uagari, præsertim cum hoc uitij habeat res, ut in multos malos libros opera collocetur, unde uelut contagione aut præuas opiniones, aut corruptum sermonis genus contrahas, quæ postea dediscere immensime

gotij est, præsertim si statim rude & recens ingenium infercerint. Nam si motus corporis uitiosus, qualē in Alexādro notauerunt, consuetudine duratus, corrigi postea nulla ratione potest, quæ spes est ex animo pernicioſas opiniones cum iam alte radices egerunt, euelli posse, aut emendari sermonis uitia, quorum naturam ubi feceris? Danda igitur opera est statim ut optimis imbuamur, & perinde atq; uenena cauēda sunt & procul arcenda, quæ sunt optimis dissimilia. Habens mei consiliū rationem, cur ut quisq; author optimus est, ita sæpiſſime relegēdum esse existimem: quod quisquis sequendum ſibi eſſe ſtatuet, is re ipſa experietur unam hanc eſſe ad ſolidam eruditioñem comparandam uiam, aliorum uero laboribus ac uigilijs fructum minime respondere. Sed cum Hesiodum ſemper doctiſſimi homines plurimi fecerint, ex eo genere authorum mihi eſſe uifus eſt, qui non ſemel tançum inspiciendi ſunt. Quare cum quanquām non plane ignotum uobis relegendum ſumpsi. Neḡ meum consiliū reprehendetis opinor ſi cogitabitis, quantas utilitates, tametsi exiguis libellus, adferre queat. Et quia principio in omnibus negotijs conſtituendum eſt, quæ utilitas ex unoquoq; genere laboris petatur, nos quoq; monebimus, quid expectare ac flagitari cōmodi ex Hesiodi lectione debeat. Eſt enim ex omnibus authoribus uel uerborum uel rerum ſcientia petenda. Hesiodus autem Græce diſcentibus magnum uocabulorum numerum ſuppeditat. Et quoniam alicubi hilariores deſcriptiones continent, etiam hi qui Latine diſcunt ab eo quę dā honesta exempla copioſi sermonis, & rationem quanquādā ornandarū ſententiārū mutuari poſſunt. Nam & ſi lingua diuersa ſit, tamē uoluntate Græcis Latini, in disponenda, amplificanda, atq; illuſtranda oratione ſimiles ſunt. Itaq; duo ſummi apud Latinos poetæ, Virgilius & Ouidius, nō modo

modo locos eius quosdam imitati sunt, sed multos uerisculos pene ad uerbum expresserunt, quorum exempla nos commonefaciunt, quomodo ad nostros usus, non tantum certi quidam flosculi ex huiusmodi authoribus decerpendi sint, sed in omni sermone, in inueniendo prudentia, in explicando proprietas, perspicuitas, & copia, in disponendo diligentia imitanda sit. Sed de hac parte quia satis dici, nisi inter enarrandum conferantur Latina cum Græcis, & omnes figuræ dīgito ostendantur, non potest, nolo in præsentia lōgior esse, sed in interpretatione uelut in re præ senti indicabimus, quos locos hinc sumiserint scriptores Latini, & quid imitari, quidque excerpere ipsi debeamus. Et enim tameis appareat propter utilia præcepta magis quam propter uerborum ornatum in admiratione hoc poema fuisse, tamen quantu*m* res salubres nemo legisset, nisi commendationē quandam habuissent ex genere sermonis, & gratiam elegantia carminis addidisset. Neque profecto uetus statem ferre potuisset, nisi rerum grauitati uenustissimum genus uerborum tanquam illecebras quasdam adiunxit. Non est autem obscurum quantū amarint Græci hoc carmen, quanta cura adseruauerint, quia Pausanias ait se uidisse in Heliconc antiquissimum monumentum plumbeas tabulas, in quibus hoc poema scriptum fuerit. Sed uenio ad alteram partem, & exponam quid ad rerum scientiā aula lectio eius conducat, in qua profecto nō minus quam in uerbis elaborandum est. Quia non modo inanis est oratio, nisi res honestas & utiles contineat, sed etiam copiam omnem dicendi rerum sciētia genuit. Non dij tantum malii permittant, ut cadat in eos eloquentia, qui nulla uitæ leges, nullas reliquias norūt, quique nullam naturalium causarum ac eveniūtū cognitionem habent. Nam & Horatius cū, quia res

rum cognitione non satis instructus est, negat idoneum esse ad scribendum, cū ait, Scribendi recte sapere est & principium et fons. Et multis uerbis exponit postea, quarum rerum scientiā requirat in eo qui se disertum perhiberi uult. Proinde ita inducite animum ut sentiat uobis in hoc curriculo studiorum, primum magnam quandam & copiosam uerborum supellecūlem parandam esse, ut explicare, cum de grauibus rebus alijs docendi à uobis erunt, cum dignitate res obscuras, eisq; lumen addere possitis: deinde etiam omnium rerum percipiendam doctrinā esse, quæ tum ad nostram uitam recte instituendam, tum ad orationem illustrandam cōducunt. Etenim cum aut de natura rerum, aut de moribus, aut de religionibus in hac ciuitate uite consuetudines sēpe docendi sint homines, eti; plaus ēπις νόμος, is, qui quanquam mediocris uerborum copia in numerato sit, tamen res non satis perspectas & exploratas habet. Neque enim dicere quisquam de re parum nota perspicue potest, ut & apud Platonem Socrates inquit, & sēpe monet Cicero. Et Horatius cum ait: Verba quæ prouisam rem non inuita sequentur, significauit, fieri non posse ut se ultiro magno numero offerant uerba, nisi causam bene meditatam habeas. Quod cum ita sit, non sunt prætermittendi libri, qui de rerum natura, aut de moribus præcepérunt. Neq; tamen legendi omnes, sed eligen di optimi, quiq; alere eloquētiā possint, quia ferè in barbaris scriptoribus non tantum sermonis spurcities, sed etiā alia uitia sunt. Plerique res quas profitentur non satis notas habuerunt, plerisque ratio docendi defuit, et si rerum peritia non defuerit: qua de re nunc longius dici non potest. Hesiodi autem prior libellus totus Mīmē est, posterior dum agriculturæ præcepta tradit, ortus & occasus syderum, multaque alia quæ ad naturam cognoscendam faciunt,

faciunt, complectitur. Requirens igitur ex priore libello  
morum præcepta, quoniam nisi certis legibus & senten-  
tias moniti & adiusti, honesta turpibus discernere didicimus,  
& amplecti ea quæ decent, fugere contraria con-  
miser, recte institui uita non potest. Honestissimæ quæque  
grauissimæq; de omnibus officijs sententiaz ob oculos esse  
positæ debent, ad quas omnes uitæ partes, uelut ad Cyno-  
suram cursum suum nautæ dirigunt, comparemus. Sed  
quoniam Hesiodi præcepta, quibusdam ideo parum pro-  
bantur, quia gentilis homo uidetur aliena & pugnantia  
cum nostra religione docuisse, hic error uulgo eximen-  
dus est. Quanquam aut longior est illa disputatio, quam  
ut hic explicari tota possit, tamen iudicauit operæ premium  
me facturum esse, si exponerem quæ uis sit, quæq; authori-  
tas eorum præceptorum, quæ tum Hesiodus, tum alij mul-  
ti sapientes & docti viri cum animaduertissent nobis à na-  
tura propofita esse, deprehensa exposuerunt, & in literas  
retulerunt, ut commonefacerent eos, & qui propter infir-  
mitatem ingeniorum aut ætatis, aut etiam consuetudine  
in tot malis exemplis depravati, cernere ipsi eadem nō pos-  
sent. Proinde sic statuemus, nihilominus diuina præcepta  
esse ea quæ à sensu communi & naturæ iudicio mutuari do-  
eti homines gentiles, literis mandarunt, quam quæ extant  
in ipsis saxeis Mosis tabulis. Est enim in cōfesso humanæ mē-  
ti diuinitus insculptas esse quasdam leges de moribus, qua-  
les sunt: Neminem lèdendum esse, & colendos esse paren-  
tes: bene merentibus habendam esse gratiam: Magistrati-  
bus parendum esse: alendos & defendendos esse eos qui  
nostræ fidei commissi sunt: pacta seruanda esse. Has cum  
sanis quidam homines deprehensas ostenderint imperitis,  
quid est cur non & uocemus diuinæ leges, & parcamus  
eis tanquam diuinæ uoci? Neque ille ipse cœlestis pater

pluris à nobis fiericas leges uoluit, quas in saxo scripsit, q  
quas in ipsos animorū nostrorū sensus impresserat, quasq  
ut Paulus ait, in cordibus hominū scripserat, de quibus sic  
inter se omnes homines consentiunt, ut nulla tā fera barba  
ties sit, nulli tam perdite mali, qui non & sentiant & fatean  
tur recta esse, quæ illæ sententiæ præscribunt, quiq; cum nō  
obtemperarunt, non ip̄si peccatū accusent ac damnent suū,  
quiq; non uereantur numē existere aliquod, cui uel si nul  
li unquā mortales resciscant factū, pœnas daturi sint. Nul  
la tam immanis natio est quæ non tacita maleficos, crude  
les, ingratos oderit ac aspernetur, proberib; ea quæ societ  
atem inter se generis humani devinciūt. Nam & hos qui ho  
spites mātant, qui senes patres trucidant, qui nullā coniu  
giorū fidem colunt, si admoneantur, natura fateri cogit, in  
digna se hominibus facere. Iam in his qui sibi alicuius fla  
gitij consen̄i sunt, cruciatus & terrores ranti mentem exagi  
tant, ut adpareat diuinā quandam uim esse, quę admissi sce  
leris pudere cogat, quæq; impendentis supplicij metū incu  
tiat. Sunt igitur in humanis animis certę de moribus leges  
quæ tum priuatā uitam regunt, tū cōstituere ac tenere Res  
pub. iudicia exercere, & societatem hominum defendere do  
cuerunt. Et ut fateamur nos diuinitus conditos esse ac pro  
pagari, ita dubitare non debemus, quin ē cœlo in hanc ui  
tam attulerimus illas uitæ leges, & illos igniculos, qui &  
ostendunt honesta, & admonent semper præesse numen,  
& inspectare omnia hominū consilia ac facta, deq; scelerá  
tis suppliciū sumere solere. Paulus alicubi huiusmodi sen  
tentias ueritatē Dei appellat, cū uellet significare has opini  
ones non errore quodā à maioribus per manus esse tradi  
tas, nec temere uel obrep̄isse nobis, uel in animis hærere,  
sed adeo mentibus nostris infixas esse, ita, ut ejci aut erui  
nulla ui possint. Ego cū exp̄do authoritatem harū legum,  
& anis

& animaduerto, quām religiose coli eas Deus postuleret,  
 commoueor profecto, & earum scriptoribus magis capi-  
 or, agnosco enim non sine mente, ut ille ait, sine numine  
 diuūm, hæc ab illis nobis uiuendi præcepta tradita esse.  
 Quare non satis intelligunt horum scriptorum consilia,  
 qui non perspiciunt unde tot honesta præcepta, tot graues  
 sententiae manarint. De religione aliter docent nos Chri-  
 stianæ literæ, sed de ciuilis uitæ consuetudine, communi-  
 bus naturæ præceptis parere nos Christus uoluit. Neque  
 uero nihil ad Christianum pertinet ciuilis uitæ consuetu-  
 do. Non sunt igitur prætermittenda, si qua docti & periti  
 homines ea de re monuerunt. Nullius autem Philosophi  
 commentarios Hesiodo præferri uelim, tanta est & graui-  
 tas in docendo & simplicitas. Illi saepe, dum ad uiuum o-  
 mnia refecare student, dum odiose rixantur, altercando ue-  
 ritatem amittunt. Nam ut alia omittam, plerique Philoso-  
 phorum, Deum administratione rerum submovent, ne-  
 gantq[ue] ei res mortalium curæ esse. Neque animaduer-  
 sunt, ab ipsa natura nos commoneri, esse aliquam meno-  
 tem, quæ hæc humana regat, bonos seruet, improbos pu-  
 niat. Melius igitur Hesiodus, quia in iustitiae præceptis fla-  
 giosis grauissimas pœnas interminatur, præmia bonis  
 pollicetur. Venit mihi in mentem Luciani, qui ut solet per  
 iocum cum Hesiodo expostulat, cur, cum pollicitus sit se  
 scripturum τὰ τὸν πόνον τὰ ἵστορια, præsentia & futura, ni-  
 hil tamen prædixerit, nulla rerum futurarum uaticinia  
 reliquerit. Ego uero non tam uaticinari duco Chaldæ-  
 os illos quos uocant, qui prædicunt, uter in alea, seu luo-  
 do talorum uicturus sit, aut etiam, qui tempestatum uic-  
 ces præudent, quām Hesiodum ex consilijs hominum  
 exitus & casus conicstantem. Ea diuinatio & ex cer-  
 tissimis orta causis est & bono uiro dignissima, qua  
 & mala.

& multos alios & Platonem usum de Dionysio uidentur, quando calamitosum Tyrannidis exitum praedixit. Neque aliud praedictionum genus ad uitam utilius est, cui si Nero, si Domitianus, & plerique alij fidem potius adhibuerent, quam uanis promissis ariolorum, in tantas calamitas non incidissent. Nos uero cum Hesiodum audimus commentarient, quæ supplicia improbis impendunt, non humana aliqua, sed diuina uoce nos à turpitudine absterrei, & ad uirtutem colendam inuitari existimemus. Dixi de argumento prioris libelli: posterior ortus & occasus syderum & pleraque quæcunque continet. Et quia solent in scholis quidam technici libelli de natura rerum proponi, quales sunt, uel de sphæra commentarius, uel Aristotelis physica, uel de Carlo, uidetur mihi in his etiam aliquis locus Hesiodi tribuendus esse, quia temporum uices, ortus syderum, dicrum spatia, mira diligentia annotauit, uideturque inter primos apud Græcos Astronomiam attigisse. Nec eius artis contemnendus author Aristoteli & Plinio uisus est, qui aliquoties eius testimonium allegant. Est autem cum omnium naturæ partium, tum maxime cœlestium motuum, & syderum perliberalis cognitio. Nec mihi iniuria Plato dixisse uidetur, non homines, sed suillum pecus esse, quicunque nullo eius artis studio tenentur. Nemo enim fuit unquam sanus homo, qui etiamsi alias artes hominum industria excogitatas esse iudicaret, non uideret tantam esse Astronomiæ præstatiæ, ut neminem nisi Deum authorem eius & repertorem faciendum putaret. Itaque & Manilius Ethnicus scriptor, negat potuisse fieri, ut res tam procul a nobis posita deprehenderentur, nisi hominum animis diuinitus monstratae essent. Sic enim ait:

*Quis foret humano conatus pectore tantum,  
Inuitis ut Dijs cuperet Deus ipse uideri? Sensit enim  
quandam*

quandam diuinitatis similitudinem esse, illarum rerum notitiam potuisse consequi. Non libet autem hoc tempore utilitates huius artis enumerare. sunt enim propemodum infinitæ, & quædam ita sunt ob oculos positæ, ut etiam ab iunctis cerni queant.

Cum igitur Hesiodus grauissimarum rerum præcepta contineat, & ad mores formandos, & uitā recte instituendā & ad cognitionē rerū naturaliū cōducat, quis nō dignissimum lectu iudicare queat? Ego uero etiā s̄p̄e relegendū, & ad uerbū ediscendū esse centeo. An si in excellentibus picturis contemplandis nunquā oculi exaturantur, sed quo diutius in eis harent, co magis admiratio uidendiq; cupiditas crescit, (quis enim nostrū, quoties in templū uenit, nō toties resistit ad eas tabulas quas ibi uel Durerus, uel noster Lucas posuit?) non idē accidat in egregio poemate cōsyde rando? Truncū ac caudicē illū profecto dicere nihil ueretur, cui satis est semel aut iterū excellens & ornatū carmen legisse. Proinde sicut apud Vergil. mirabili cupiditate ac lætitia intuetur cōelo demissū clypeū Aeneas & argumētū in eo cælatū diligenter cōsyderat, cū quidē eū nō modo operis uarietas, sed etiā illa rerū futurarū præstigia et cōmonent et detinēt, deniq; Expleri nequit atq; oculos per singula uoluit,

Miraturq; interq; manus et brachia uersat.

Ira & uos nunquā satietas aut fastidiū legendi Hesiodi capiāt. Sed in eū assidue oculos defigite, oēs locos diligentissime excutite, & sententias eius uobis ita familiares facite, ut quoties aliqua de re deliberabitis, in mentē uobis illa honestissima præcepta ueniāt. Multū etiā sermo uester ab illo transferat, ac mutuetur. Nos quidē quantū in hac ingenij atq; eruditionis mediocritate præstare possumus, dabimus operā, ne quē pœnitentia nobis enarrantib. hunc poetā operam dedicem.

PRAESTANTI DOCTRINA  
ET VIRTUTE VIRO D.  
ANTONIO SCHNEBBERGERO  
doctori medico excellentissimo, Io-  
annes Frisius Tigurinus  
S. D. P.

**V**M omnis omnium discentium ratio in ipsa exer-  
citatione consistat, ac nullus ferè studiosorum ad  
uerum & certum eruditionis fastigium sine hac  
peruenire posset: uisum est mihi, Ceporini nostri  
scholia suis grammaticæ præceptis olim adiecta, denuo iuuen-  
tuti communicare, ac simul authoris consilium paucis indica-  
re. Scripsit enim uir ille & pietate & eruditione insignis, de  
institutione Grammatica in lingua Græcam, compendium, a=   
deò breue & eruditum, (præsertim in ijs quæ ad linguarum  
proprietates, quas Græci ἀγνῶνες uocant, pertinere uidetur)  
ut suæ ætatis homines, sua industria ferè omnes excelluerit.  
Hoc, quantum accessione exemplorum, meo labore & studio,  
accreuerit, exemplaria à F R O S C H O V E R O nostro ex-  
cusa satis testantur. Cum igitur Hesiodus grauiſſimarum re-  
rum sententijs præ ceteris redundet, quæ ad mores forman-  
dos & uitam recte instituendam plurimum conducunt: uoluit  
Ceporinus teneros adolescentium animos hisce saluberrimis e=   
ius præceptis imbui, ut statim ab ineunte ætate quid ipsis imi-  
tandum fugiendumue sit, ex hoc authore instituerentur. Cæte-  
rum quo facilius Græcarum literarum candidati in hoc poeta  
uersari queant, & simul ij qui iam grammaticæ eius rudimen-

ea percepint, in his probè tanquā uina preceptoris noce exerceantur, hunc Hesiodi librum (cui titulus inscribitur Ἔργα τῶν Ήμέρων, Opera & Dies) brevi scholio ita adornauit, dictiones & sententias obscuriores ita explicauit, ut studiosa iuuens & authoris sensum intelligere, & omnem omnium Thematum difficultatem superare, uerborum compositionem, et uarietas huius linguae dialectos citra ullam morā domo haurire posset. Quantum uero operæ, laboris, & diligētiæ nos in hæc scholia nunc primum contulerimus, quiuis studiosorum (si nostra cum prioribus conferat) facile deprehendet, & iudicabit. Et hos quidem omnes labores, conatusque nostros, tibi doctissime Schnebergere dedicare uolui: partim quidem, quoniam à temporis annis Latina cum Græcis coniunxisti, ut in hisce legendis, quantum ab arte medica, qua plurimum & excellis & occupatis, otij tibi fuerit, te interdum oblectes: Partim uero, quod uitutes tuæ, ac generis claritudo, & quæ nobis olim intercessit coniunctio, hoc officij à me postulare uiderentur. Nam felicis memoriae pater tuus, pietate et artis medicæ cognitione clarus cum immatura morte tibi eriperetur, ut quam honestissimè te instituendum curaret, matri tuæ, lectissimæ ac nobili matronæ summo studio demandauit. Itaq; mater eo defuncto, in hoc tota semper fuit, ut & eruditione, ac uitæ integritate longè excelleret. De te etenim non paruam semper, ob natuam ingenij tui bonitatem, sustinuit expectationem. Hæc ipsa utinā superstes (nam anno superiore uigesimo secundo die Nouembris uitam hanc mortalem cum meliore commutauit) te in omnibus honestis disciplinis institutum & edoctum, quo nunc es statu, intueri potuisset. Sed Dei Opt. Max. uoluntati acquiescendum est. Vale, & meum erga te studium amplectere. Te salutat noster communis amicus Conradus Gesnerus. Item cognatus tuus Fca

lxix Schnebergerus, ciuis noster, genere & doctrina excellens,  
qui Deum ex animo precari solet, ut res tue tibi faustè & pro-  
spere usq; usq; eueniant. Tiguri in inclyta Heluetiorum  
metropoli. Tertio die Ianuarij, Anno salutis hu-  
mane M. D. LXII.

### T O T I V S   O P E R I S A R G U M E N T U M .

**L**Iber hic Hesiodi inscribitur Opera & Dies: Qui tu-  
tulus & argumentum scribendi, & inuentionem o-  
peris præ se fert. Innuit enim poeta, se scripturum de a-  
gricultura: quæ labore & operibus constat, quæ opera  
certis diebus & temporibus peragenda sunt. Itaq; hoc  
titulo, summam rei rusticæ, breuissime & ueluti oracu-  
lo quodam complexus est. nam per opera, significat a-  
griculturam esse artem & scientiam, quæ non specula-  
tione & inerti otio, aut alieno sumptu, sed ipsa actione  
peragatur. Per dies, i[n]nuit in ea scientia, suo tempore  
singula esse facienda. Hæc de inuentione.

Dispositione uititur admirabili. Nam cùm in omni di-  
sciplina & arte consequenda, requiratur primùm, Vo-  
luntas agendi: deinde prudentia & peritia rei ipsius,  
quam agere uelis: In primo libro Hesiodus, futurum a-  
gricolum, ad laborem, & operis faciendi studium adhor-  
tatur, ut promptissimo animo, & uoluntate paratus sit  
ad laborandum & opus faciendum.

Id autem suadet, & persuadere conatur uarijs argu-  
mentis:

mentis: in primis autem à prouidentia Dei, cùm dicit laborandum homini esse, quòd ita à Deo sit ordinatum & constitutum, cuius uoluntati neque fas, neque possibile sit homini reluctari: quamuis in prima mundi creatione, omnia omnibus absq; labore prouenerint, tamen uitio hominum factum esse, ut iam nunc omnia labore sint paranda. Proinde libenter satis esse obtemperandum: ita enim fieri, ut pie, ut commode, ut feliciter uiuamus. Ibi obiter alia atq; alia præcepta tradit quæ ad pie tatem, & ad ciuiles mores attinent: idque facit per ænigmata, per fabulas, per apologos, & sæpen numero etiam aperte & simpliciter. Atque hæc summa primi libri, ut agricola uoluntatem laborandi habeat. In secundo libro, rem ipsam aggreditur, & peritiam atque artem ipsam agricolationis tradit, ut suo loco cognoscemus. Hæc igitur est dispositio, primùm, ut uoluntarium habeat agricolam: Secundò, ut peritum habeat agricolam qui opus suo tempore, certo modo & ratione faciat.

Elocutio Hesiodi Dorica & Poetica est.

Finem huius disciplinæ rusticæ constituit ipse Poeta, diuitias: sed eas, quas quisque sibi suo parauerit labore, absque iniuria & fraude alterius: quas etiā facetur nulli obuenire, nisi ei qui à Dijs fuerit adamatus, &  
(ut nos rectè loquimur) qui benedictio  
nem Domini habuerit.

HESIODI VITA.  
ex Suida.

**Η**ΣΙΟΔΩΣ, Κυμαῖος· νέος δὲ κομιθεὶς ων τοῦ πατρὸς Δία, καὶ μηδὸν συχιμόνος, ἢ Αἰσκρη τῆς Βοιωτίας. Υμεαλογεῖται δὲ εἴ τος Δίου τῷ ἀμπλίδου τοῦ μελανώπου, ὃν φασί πνευματικόν τον Ομήρου πάτορθεν εἴ πάπτον· ὡς αὐτεψιάδην εἴ τον Ησίδου τὸν Ομηρον· ἐκάτερον δὲ δέποτε τῷ ἀτλαντῷ κατάγεται. Ποιήματα δὲ ἀπό ταῦτα· Θεογονία, Εργα καὶ Ημέραι, Αστοί, Γιαναικῶν ἱεροτίνων κατάλογος. εἰς βιβλίαν οις ἔτη, ὅπικήδειος εἰς βάτεραχόν πινα ἐρώμενον ἀπό, τῶν τούτων διακτύλων, καὶ ἄλλα πολλά. Ετελοῦ τησδέ ὅπιξεν θεοῖς παρὰ Αντίφω καὶ Κηφιδύωοιν υπτιορθοῖσιντες αὐτοῖς φέρεα ἀδελφῆς, ἐαυτῇδε, ἀνεῖλον τὸν Ησίδον ἀκοντεῖς. Λέω δὲ καὶ Ομήρος, κατά τινας, πρεσβύτερος· καὶ δὲ ἄλλοι, σύγχρονος. Πορφύρειος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι, νεώτεροι εκατὸν εἰκαστοῖς ὀρείζουσιν, ὡς λβ. μόνος ἐνιαυτοὺς συμφερεῖν τῆς πρώτης Ολυμπίας.

# ΗΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΕΡΓΑ

ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.



Οὐσαι περίπετεν αἰσθῆσις αλεῖον τ. **σαρύτ**  
σαγ. Δοῦτε, Διὶ συνέπετε σφέτερον πατέρες  
τέρ' ὑμείσαυ,

Οὐτε δὲ βερτοὶ αὐδρες ὁμᾶς ἀφαίτιοι

τοί τε φατοί τε, οὐτε γε

Ρητοίτεροι τε, σιος μεγάλοι ἔκπτι.

Ρέια μὲν γὰρ βειάει, ρέα δὲ βειάοντα χαλέπει.

Ρέια δὲ αρίζουν μινύθει, καὶ αἴδην λογνάει.

Ρέια δὲ τὸ θιάσει σκολιόν, καὶ αὐγεώραχαρφει,  
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, δις ὑπέρτατα δώματα νάει.

Κλῆθι ιδῶν αἴων τε, δίκη δὲ θεμέθεμις αἷς

Πέρση ἐγὼ δέκε πέρση ἐγήτημα μυθούμιει.

Οὐκ αὖ μένοντες εργάσων ψυχή, ἀλλ' ὅπι γαῖαν τ. **σαρύτ**

Εἰσὶ δύο τέλειοι κανέπαγμασιν νόσας,

Ηδὲ διπλωματὴ δέκε δὲ αὐδηχαθυμὸνέχουτι.

Η μέν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν, καὶ διέγειν ὄφελλει

Σχοτλόντες τέλει φιλεῖ βερτος, ἀλλ' ὑπ' αἰάγκης.

Αθανάτου βελῆσιν ἔειν πιμασι βαρεῖαν.

Τέλει δὲ εἴτερεις, περιτέρεις μέρεισιν ατονέεινται.

Θῆκε δέ μιν Κερνίδης ὑψίζυγος αἰθέρειναστ,

24 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Γεδίς φέρειζησ, καὶ αὐθάδι πολὺς ἀμάντες

Η τε καὶ ἀπάλα μυόν περ, ὅμως δῆτι ἔργα τέ γέρει.

Εἰς ἔτερη γέ τις τε ἴδωται, ἔργοις χαπίζων,

Πλέσιον, δὲς αὐδίσθει μὲν αρόματαν πέδε φυτάσσειν,

Οἶκον τ' εὖ θέασαι· ζηλοῖ δέ τε γένοντα γείτονος

Εἰς ἄφειον αὐδίσθειν· αὐγαθῆ δὲ τε εἴεις ἥδε βερτοῖσιν·

Καὶ περιμένεις κροαμεῖ κατέστη, καὶ τέκτους τάκτους·

Καὶ πῶγὸς πῶγῳ φορέει, καὶ σιδὸς σιδῆ.

Ω2 Πέρση· σὺ δὲ ταῦτα τεῷ σπικάτῳ θεοῖ Θυμῷ.

Μὴ δὲ σὲ τελεῖ κακόχαρτο· ἀπ' ἔργον Θυμῷ ἐρύκειν·

Νείκες ὀπιπόνοιτε, αὐγαρῆς ἐπακκόν δόντα.

Ωρη γαρ τὸ ὄλιγη πέλεται νεκέων τὸ αὔρεων τε,

ἄποιν μὴ βίθιται σύμβοντες επιπετανδες κατάκειται

Ωρᾶς, τὸν γαῖα φέρει Δημήτερος αἰτηί.

Τὸν πεντερετάμηνος, νείκεις καὶ μῆτειν ὀφέλλοις

Κτίμαστε ἐπ' ἀλλοῖοις. σοὶ δέ τοι διέλυτεροι τεῖναι

Ωδὸς ἔρδειν ἀλλ' αὗται δέχεται μέτεινα, νείκες

Ιθείησι δίκαιες, αἵτ' ἐκ Διός εἰσιν ἀειταῖς,

Ηδη μὲν γέ κλῆεται ἐμπασάριθ· ἀλλά τε πολλὰ

Αρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας

Δωρεφάγεις, οἵ τινες δὲ δίκαιοι εἴθελοι μηδέσπει.

Νύπται, γέ δὲ ἰσταντι δέσμω πλέον πίμητας,

Οὐδὲ δέσμον σὺ μαλάχητε καὶ αἰσφοδίλω μέντοις

ρῦτοι γίνεσθαι· Κρύψαντες γέ τοι θεοὶ βίου αὐθρώποισι.

mi libri. Ρηϊδίως γαρ καὶ τοι γέ τοι πίμητας ἐργάσασθαι,

Ως ταῦτα καὶ σίσπικαταν ἔχειν καὶ αὐργὸν ἀρκτες.

- · Αγάκε πιστάλιον μὴν ὑπὲρ καπνῦ καταθεῖο,  
Εργαβοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμόνων ταλαιπρυῶν.  
Αλλὰ ζεὺς ἔχρυψε, χολωσάμενος φρεσὶν ἥσπι.  
Οττί μν οἶξα πατέσε Πεδιμπένις αὐγυλομύτης,  
Τενεχ' ἄρα αὐθρώποισιν ἐμήσατο κῆδεα λυγρά.
- · Κρύψε δὲ τῷρτῳ μὲν αὖθις εὗς πάϊς Ιαπετοῦ, *Narratio fa-*  
Εκλεψ' αὐθρώποισι Διὸς παρὰ μητέρεντος. *b' έγ. εγέ-*  
Εν κοίλῳ ναρθηκε, λαθὼν Δία τερπικέρεσινον. *prima rat*
- Τόντε χολωσάμενος φρεσέφη νεφεληγερέτα ζεῦς·  
Ιαπετονίδη, πάνταν πέρι μήδεα εἰδὼς,
- · Χαίρεις τῷρτῳ λέψας, καὶ εἰμάστε φρεσάς πάπεροπόλισας,  
Σοίτ' αὐτῷ μέγα τῆμα καὶ αὐθράσιν ἐσομένοιστ.  
Ιοῖς δὲ ἐγὼ αὖτις τηρεόμενος κακὸν, ῳ κεν ἀπαντες  
Τέρπουται καὶ θυμὸν, ἐὸν κακὸν αἱματαπώτες.
- · Ως ἔφατ', ἐκ δέ τοι γέλασε πατὴρ αὐθρῶν τε θεῶν τε·  
Ηφαιστον δέ τοι κέλεσε τελεκλυτὸν, ὅτι τάχιστα *τοι. pars. σε*  
Γαῖαν ὑδει φύρειν, τὸν δέ αὐθρώπον θέρμην αὐδίσῃ, *κονίβοτην τοι*  
Καὶ θένος, αὐθανάτης δὲ θεῆς εἰς ὕπατεσκειν *σπο. τοι. ιαπ.*
- Παρθενικᾶς, καλὸν εἶδος, ἐπήρεστον αὐτὸρ Αθηναῖς, *τοι. μηνε-*  
Εργασίοισκησα, πολυδάσταλον ίσὸν ὑφάνειν. *τοι. offr. εἴηται.*
- · Καὶ χάρειν ἀμφιχέαικεφαλῇ χευστιῇ Αφερδίτης, *τοι. νεπελ-*  
Καὶ τόδοιν αργαλέον, καὶ γυροκόρεις μελεδῶνας. *τοι. offr. εἴηται*  
Εγδὲ θέρμη καύεόν τε νόον καὶ ἐπίκλωπον ἥθος,  
Ερμείης λέωνος διάκτορεν αργαφόντης.
- · Ως ἔφατ' οἵ δέ τοι διέθοιτο Δίας χερνίων αἴσκη·
- · Αὐτίκα δέ τοι γάις πλάστε κλυτὸς ἀμφιγυνέεις,

26 ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Παρθένω αἰδοίη ἵκελον, Κερνίδεω δὲ βαλάς.

Ζῶσε δὲ καὶ κόσμισε θεὰ γλαυκῶπις Αθηέη.

Αμφὶ δὲ οἱ χάρειτές τε θεαὶ, καὶ πότνια πειθώ,

Ορμὸς χρυσείους ἔθεσαν χροῖ. ἀμφὶ δὲ τηλέ γε

τραχαλλίκομοι τέφον αἴθεσιν εἰαεινοῖσι.

Παύτα δὲ οἱ χροῖ κόσμον ἐφίρμισε Παλλὰς ἀθηέη.

Ἐν δὲ αρά οἱ τήθεοι δέσποτες αργειφόντης

Ψεύδεαθ' αίμυλίους τε λόγυς καὶ ὄπικλοπον ἥθεο-

Τεῦξε, Διὸς βαλῆσι βαρυκτύπα· εἰ δὲ αρά φωναι

Θῆκε θεῶν κύρυξ· ὄνομην δὲ τηλέδε γυναικα-

Πανδώρην, ὅπι πάντες ὄλυμπα δώματ' ἔχοντες

Δῶρον ἐδώρησαν, τῷ μὲν αὐτράσιν ἀλφιτῆσιν.

*τραχαλλίκομοι* Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἴπιε, ἀμήχανον σύζετέλεασεν  
της ταβῆτες Εἰς Επιπθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν αργειφόντην,  
*Pandora*

τραχαλλίκομοι Δῶρον ἀγοντα θεῶν, ταχιὲ ἀγγελον, οὐδὲ Επιπθέας

Εφράσαθ' ὡς οἱ ἔειπε Περιπιθέας, μήποτε δῶρον

Δέξαθα μὲν πάρ Ζεὺς ὄλυμπία, ἀλλ' ὀποπέμπειν

Εξοπίσω, μὴ πέ τι κακὸν θυτοῖσι γέμηται.

*τραχαλλίκομοι* Αὐτὰρ οὐδέξαμεν Θεοῖς, οὐδὲ δὴ κακὸν εἶχε, σύνοπτε.

*τραχαλλίκομοι* Πεὶν μὲν γένεσκον ὄπι χθονὶ φῦλ' αὐθρώπων,  
της ταβῆτες Νόσφιν ἀτερ τε κακῶν, καὶ ἀτερ χαλεποῖο πόνοιο,  
της ταβῆτες Τερα Νόσων τ' αργαλέων, αἵ τ' αὐτράσι γῆρας ἐδώκαν.

*τραχαλλίκομοι*

Αἰψα γένεσκον βεροὶ καταγεόσκασι.

Αλλὰ γυνὴ χείρεασι πίθις μέγα παῖμ' ἀφελέσσα,

τραχαλλίκομοι Εσκέδαστ', αὐθρώποισι δὲ ἐμποστο κύδεα λυγέα.

Μάτη δὲ αὐτὸδι ἀλπὶς δὲ αρρήκτοισι δόρυσι

Εὐδος

Ενδον ἔμμινε πίθη χέλεσιν, καὶ δὲ θύεσαι  
Εξέπλη· τερέθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,  
Αἰγάλης βαλῆσι μίδις νεφεληγερέταο.

“Αλλα ἥμερα λυχαὶ πατένθρωποι ἀλάληται” 100  
“Πλείσι μὲν γάρ γαῖα πάκεν, πλείσι δὲ θάλασσα.”  
“Νέσσοι δέ αὐθρώποισιν ἐφ’ ἡμέρῃ, ἢ δέ δὴ τοῖς νυκτὶ,  
“Αὐτόματοι φοιτᾶσι, κακῷ θυητοῖσι φέρεσσαν,  
“Σιγῇ, ἐπεὶ φωνεὺς ἐξείλετο μητέτε τε ζεῦς.

Οὕτως οὖτις παρέδει μίδις νόον σταλέαθεν. 105 III. cap. 13.  
Εὗ καὶ δηπισαμένως σὺ μὲν δὲ στήσου.

Ως ὁμόθεν γεγάσσι θεοί, θυητοί τ’ αὐθρώποι. Αὐτοῦ τοιοῦτον  
χρύσεον μὲν τεράτιστα γῆματα μερόπων αὐθρώπων  
αθανάτοι ποίησαν ὄλύμπια δώματα ἔχοντες. 110

Οι μὲν δὴ τοῖς Κερόνοις ἵσταν, δέ τ’ οὐρανῷ ἐμβασίλευσι.

Ως τε θεοί δέ εἴζωσι, ἀκινδέα θυμὸν ἔχοντες,

Νόσφιν ἀπέρ τε πόνων καὶ οἴζυθεν. δέ τι μητέλον

Γῆρας ἐπιλέπει, αἰσὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας δόμοιοι

Τέρποντ’ εἰς θαλάτησι κακῶν ἔκτοθεν ἀπαίτων. 115

Θυητοκον δέ, ως ὑπνῷ μετίμημένοις ἐδλαὶ δὲ πάντα

Τοῖσιν ἔλει, καρπὸν δέ εἴφερε ζείδωρ θεός τε

Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἀφθονον· οἵ δέ εὔλημοι,

Ησυχοι, ἔργα τέμεντο σιγὴν διλοῖσιν πολέεσσι.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τέτο γῆματα γάλανθεν, 120

Τοὶ μὲν μείμονές εἰσι, Διὸς μεγάλες μέγαλας;

## 28 ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Εαθλοὶ δπιχθόνιοι φύλακες θυητῷ αὐθρώπων,  
Οἴρα φυλάσσεται πεδίκας καὶ χέτλαέργα,  
Ηέρα εἰσάμδυοι, παῖτι φοιτήμετες ἐπ' αἶαν,  
Πλευτοδόται. καὶ τῇ γέρας βασιλῆιον ἔχοι.

¶ Δόδεψεν αὖτε γῆμός πολὺ χειρέτεροι, μετόπιδει  
Αργύρεον ποίησαν, ὀλύμπια δάμαστ' ἔχοντες,  
Χρυσίωντες φυλὴν συναλύγουσι τὸν οἴκον.

Αλλ' εἰκατὸν μὲν πάγις ἐπα παρὰ μητέρει καὶ μητῆρι

Εβρέφετ' αὐτάλλων μέγαν τίπαθ, ὡς τοὶ οἴκῳ  
Ἄνθειτην τοῦτο. Αλλ' ὅταν ήβίσεται, καὶ ήβις μέρον ἴκοιτο,

Πανεύδιον λέωνον ὅπερ χρόνον, ἄλλης ἔχοντες

Αφερεδίαις. Ὅβειν γὰρ αὐτάλλων μέχεδ' αὐτόντο

Αλλάλων απέχειν, γάδε αὐτανάζεις θεραπέειν  
επειδεισα, Ήθελον, γάδε ἐρδεῖν μακάρεον ιεροῖς ὅπερ βωμοῖς, 175  
επανιδεῖν.

ἡ θεμίς αὐθρώποισι κατ' ἥδεα. τὰς μὲν ἐπειτα

Ζεῦς κερνίδης ἔκρυψε χολάρδυθ, ἐνεκατιμάς

Οὐκ εἰδίθην μακάρεοις θεοῖς, οἵ ὄλυμπον ἔχοσιν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τῇ γέρᾳ καὶ γαῖα κάλυψε,

, 40 Τοὶ μὲν τῶν χθόνιοι μάκαρες θυητοὶ καλέονται

Δόδεψει ἀλλ' εμπικτικοὶ τοῖσιν ὄπιδει.

Ζεῦς δὲ πατὴρ ἦτορ ἄλλο γῆμόν μερέπων αὐθρώπων,

Χάλκεον ποίησ', μέχεδε αἴστης δόμοιον,

αἱ τάπαι. Εἰκατόντα, δίεισιν τε, καὶ ὅμιλοι μονοῖσιν Αρηθ-

η. Ἑργάτης δούσευται, καὶ Ὅβεις γάδετι στέρει. 1. 45

4. αἴτα τοι. Ηδιον ἀλλ' αὐτάλλων τοῖς χρικεστιερέφερεν θυμόν,

τοῖς αἴτας ποροι. Απλαστοὶ μεγάλοι δὲ βηταὶ, καὶ χεῖρες ἀφανεῖσι.

Ἐξ ὄμων ἐπίφυκον δῆτις ιβαρρῖς μελέταιν.

Τοῖς δὲ λόγοις μὴ χάλκεα μὴ τεύχα, χάλκοι δέ τε οἶκοι  
χαλκὸς δὲ ἐργάζοντο μέλας δὲ γὰρ ἔσκε σίδηος. 140

Καὶ τοῖς μὲν χάρισαιν ωστὸ σφετέρηστοι μαρμύτις,

Βῆσσαν ἐς ἐνρωεντα δόμον κρυεροῦ αἴδεο,

Νώρυμοι· Θαύατοι δὲ καὶ ἐκπάγλας περ ἐντας

Εἶλε μέλας, λαμπεὸν δὲ ἔλιπον φάθος ἡλίου.

ΓΑύταρ ἐπεὶ καὶ τῷ θεῷ γῆθος καὶ γαῖα κέλυψε· Quālūm ſeū  
līm.

Αὐτοῖς ἔτ' ἄλλο τέταρτον δῆτις χθονὶ παλυβοτείρη.

Ζεὺς κερνίδης ποίσε, δικαγότερον, καὶ αὔτου

Ανδρῶν ἡρώων θεῖον γῆθος. οὐ καλέονται

Ημίθεοι, περιτέρη γῆμεν, κατ' ἀπίστενα γαῖα.

Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς, καὶ φύλοπις αὖτος, 160

Τὰς μὲν ἐπίπλαντα θήβην καδύπτοι γαῖη

Ωλεσε, μέρναμέροις μήλων σύεκ' Οἰδηπόδαιο.

Τὰς δὲ καὶ τὸν τόπον ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσας

Εἰς ἕροίνας αἴγαγῶν, Ελεύθερος σύεκ' ἡγεμόνιο.

Εὐθὺς δέ τοι μὲν τὰς, θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε· Līm.

Τοῖς δὲ, δίχ' αὐθρώπων βίοτον καὶ ήθες ὀπάσας,

Ζεὺς κερνίδης κατένασε πατὴρ εἰς πίρατα γαῖας.

Καὶ τοῖς μὲν γαίασιν, ἀκπόδεα θυμὸν ἔχοντες,

Εν μακάροφον νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνεις,

Ολβίοις ἔργοις· Τοῖσι μελυπδέα καρπὸν 170

Τελεῖς τῷ ἔτεις θάλλοντα φέρει ζείδωρ θάρσος.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὁ φελον ἐγὼ πέμποισι μετένται

Ανδράσιν, ἀλλ' οὐ κατέχει θαυμαῖν, οὐ ἔπειτα γῆμέστη.

Quālūm ſeū  
līm.

30 ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Νωΐ γένθη γλύθεισι δίπρεον· καὶ μέτοτον τὸν πόλεμον

Παύσονται καμάτες καὶ οἴζυθε, καὶ μέτι νύκτεω,  
Φθειρόμυροι· χαλεπάς δὲ θεοὶ μέσας μείμας.  
Αλλ' ἔμπτες καὶ τοῖσι μεμήξεται ἐδλὰ κακοῖσιν.  
Ζεὺς δὲ ὁλέσει καὶ τῷ θεῷ γλύθεισι μερόπων αὐθρώπων,  
Εὗτ' αὖ γνόμυοι πολιοκρέταφοι τελέθωσιν.

Οὐδὲ πατὴρ πάγδεσιν ὄμοιοθε, καὶ μέτι πάγδεσι

Οὐδὲ ξεῖνοθεινοδόπω, καὶ ἐταῖροθε ἐταῖρω,

Οὐδὲ κασίγυπτοθε φίλοθε ἔασται, ὡς τὸ πάρεστρο  
Αἴψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.

Μέμφονται δὲ αἴστες χαλεποῖς βάζοντες ἐπέεσι,

Σχέτλιοι, καὶ θεῶν ὅπιν εἰδέστες· καὶ μὴ οἴγετε  
Γηραίτεσι· ζητεῦσιν δὲ θρεπτήεια σοῖς.

Χειροδίκαιοι, ἐτεροθε δὲ εἰς τέρας τούτου οἵξαλαπάξει.

Οὐδέ τις εὐόρκος χάρεις ἔασται, εἴτε δικαίας,

Οὔτ' αἴγαδες· μᾶλλον δὲ κακῶν ρεκτῆεια καὶ ὕβρεις

Ανέρα τιμήσουσι. δίκη δὲ ἐν χερσὶ καὶ αἰδώς

Οὐκ εἴσαι· βλάψει δὲ ὁ κακὸς τὸν αρέιονα φῶτα,

Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δὲ ὄρκον ὀμεῖται.

Ζῆλοθε δὲ αὐθρώποισιν οἴζυεροῖσιν ἀπασιν

Δυσκέλειοθε κακόχαρτοθε διεργάτηεις γεράπτις.

Καὶ τότε δὴ φερόεις οὐλιμπον δὲ τὸ χθονίας εὐρύοδείης,

Λόγκοῖσι φαρέεσι· καλυψαμένων γέρα καλὸν,

Αἴσαντον μὲν φῦλον ἔτει, περιπόντος αὐθρώποις.

Αἰδώς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἀλγεα λυγρά.

Θυτοῖς αὐθρώποισι, κακῶς μὲν οὐκ ἔσται ἀλκή.

Νωΐ

Νιῦ δ' αὖτοι βασιλεῦσ' ἐρέω, φευγέτωσι καὶ ἀντοῖς. *Vitae filii libri primi.*  
 Ωδὸς ἕρης περὶ εἰπεν αὐτὸν αὐτῷ ποιητόντος εἰργ,  
 Τψιμάλ' ἐν τεφέσαι φέρεται ὄνυχεσι μεμβρπώς.  
 Ήδ' ἐλεὸν γναμπόσι πεπαρμένη ἀμφ' ὄνυχεσι,  
 Μύρετο. τέλειδ' ὅγ' ὅπικεστίως περὶ μῆδον ἔειπε.  
 Δαιμονίτ, τί λέλαχας; ἔχει τύ σε πολλὸν αρέσω.  
 Τῇδὲ εἶς, οὐ σ' αὐτὸν ἐγώ περ ἄγω καὶ ἀοιδὸν ἔτσαν.  
 Δεῖπνον δ', αὐτὸν ἐθίλω, ποιόσσομαι, οὐ μεθίσω.  
Δορυκέδ' ὃς καὶ ἐθέλει περὶ κρείσοντας αἴτιονεί?  
Νίκης τε σέρεται, περὶ τὸ αἴχεσιν ἀλγεα πάχει.  
 10. Οὐδὲς τοφατ' ἀκυπέτης ἕρης, τανυσίπερ Θόρης.  
Ω. Πέρση, σὺ δὲ ἀκαταδίκης, μήδ' ὑβειν ὄφελλε.  
Ὕβεις γαρ τὸ κακὸν μειλῶ βερπόδεδ' εἰ μὴ ἐστλὸς  
Ρηϊδίως φερέμδη μηνάται, βαρύθει δὲ θύπτ' ἀντῆς,  
Εγκύρσας αἴτησιν. ὅδ' ὁ δὲ ἐπέρηφι παρελθεῖν  
Κρείσοντι τὰ δίκαια δίκην δὲ ὑπὲρ ὑβειθόριχει,  
Επέλθοτε τέλεθται. πατῶ μέτηντι θύγη.  
Αὐτόκα γένεται ὅρκοι θέμα σκολίησι δίκησιν. δικαιονήσαι  
Τῆς δὲ δίκης ρόθος, ἐλκομένης οὐ καθίστεις ἄγωσι  
Διερφάζεις, σκολιαῖς δὲ δίκαιης περίωσι. Θέμιτας.  
Ηδὲ ἐπται, κλαίεσαι πόλιν τε καὶ οὐδεα λαλάν,  
Ηέρετας ἀμέρην, κακὸν αὐθρώποισι φέρεσαι,  
Οἴτε μη τέλελάκσι, καὶ ἀκιθεῖσιν στειρα.  
Οἴδε δίκαιας ξείρισι, καὶ τὸ μέτημοισι διδίκται  
Ιδείας, μήτι παρεκβάντεσι δίκαιαν.  
Τοῖσι πάνταλε πόλιν λατεῖ δὲ αὐθεντικὸν ἀντῆ.

32 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΤ

, Εἰρκένη δ' αὐτὰ γένει καρφόφθ, καὶ μέποτ' ἀντοῖς  
 Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται σύρυσκα ζεῦς.  
 Οὐδέποτ' ἴδυσίκαμσι μετ' αὐτοῖς οὐδέποτε,  
 Οὐδέποτ' ἄτη· θαλίης δὲ μεμπλότα ἔργα νέμονται.  
 Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺ βίον· φέρει δὲ δρῦς, τ. 30  
 Ακρι μὲν τε φέρει βαλάνυς, μέσον δὲ μελίσσας.  
 Εἰεπόκοι δ' οἵες μαλλοῖς καταβεβείδασι.  
 Τίκτυσι δὲ γυναικες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.  
 Θάλλοισι δὲ αἴγαδοῖσι διαμπερὲς. καὶ εἰπὲ νηῶν  
 Νείσουνται καρπόν δὲ φέρει ζείδωρός αρέφε. τ. 35

14 Οἵς δὲ οὐβεις τε μέμπλε κακή, καὶ χέτλια ἔργα.  
 Τοῖς δὲ θύλαις Κερνίδης τεκμαίρεται εύρυσκα ζεῦς.  
 Ποδλάχι καὶ ξύμπτον πόλις κακῆς αὐτοῖς ἐπαυρεῖ.  
 Θες πο αλιζάγει, καὶ αὐτούθαδα μηχανάσται.  
 Τοῖσι δὲ θύλαιντεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κερνίδη, τ. 40  
 Λιμὸν δὲ καὶ λαίριον· δέποφθινύθυσι δὲ λαοῖς,  
 Οὐδὲ γυναικες τίκτυσι, μηδέ θυσι δὲ οἴκοι,  
 Ζεὺς δὲ φερδ' οὐδείς οὐδεμίτις. ἄλλοτε δὲ αὖτε,  
 Ή τέλι γέ τε ποτὲ εύρισκε πάλεσσεν, ή δέ τε ιχθύς,  
 Ή τέλι τε πότῳ κερνίδης διστίνυται αὐτός. τ. 45

Ω βασιλεῖς, θύεις δὲ καταφεύγετε καὶ οὐδέποτε  
 Τίνετε δίκαιον· οὐδὲν γέδετε αὐθώπιστον ἀότοις.  
 Αθαίστοις λαίριοισι, οἵσσι σκολιῆσι θύραι  
 Αλλάλοις θύβησι, θεοῖν ὅπιν οὐκ αἰλέοντες.  
 Τείς γέδετε μύετοις τεπάπι χθονί παλυβοτείρη τ. 50  
 Αθαίστοις θύραι, φύλακες, θεοῖς μέντοι αὐθώπιστοι.

ΟΙ

τίτλοι. σαρῶ.

Οἱ εὐφυλάσσοντες δίκαιας καὶ χέτλια ἔργα;  
Ηέρεις αἰσάμδυοι, πάντη φοιτήμετες ἐπ' αἶσα.

Ηδέ τε παρθεῖ Θρήνοις, δίος σκυγεγαῖα,

Κυδητή τ' αἰδοῖς τε θεοῖς, οἵ οὐλυμπον ἔχεσιν.

Καί ρ̄ ὅπότ' αὐτίς μν βλάπτη σκολιῶς ὄνοτάζων,

Αὐτίκα πὰρ Διὸς παῖς ιχαδεζούμην Κερνίωνι,

Γιρύεται θρώπων ἀδικον νόον· ὅφρος ποτίσῃ

Δῆμος θάταδαλίας βασιλίων, οἵ λυγρὰ νοεῦτες;

Αλλαγὴ παρκλίτοις δίκαιας, σκολιῶς ἀνέποντες.

Ταῦτα φυλασσάμδυοι βασιλῆες, θυμέτε μὲν θεοῖς,

Διεργάμενοι σκολιῶν δὲ δίκαιον ἐπιπάγχυ λάθεμεν.

Οἱ ἀντοῖς καὶ τάχει ἀπὸροις ἀλλαγαῖς τεύχον.

Ηδὲ κακὸν διλέπεται πατέταισι.

Παίτε ίδετε δίος ὁφθαλμὸς καὶ πάντα γόντας,

Καί τοι τέλος, αἴπερ θέλητος, δηποτέρηται· οὐδὲ εἰλιθετος,

Οἴλειος δὲ, καὶ τέλειος δίκαιοις πόλις ἀντὸς ἔργων.

Νῦν δὲ ἵγειρήτ' ἀντὸς ἐν αὐθρώποισι δίκαιος Θρ-

Εῖλος, μήτ' ἐμὸς γῆς. ἐπεὶ κακόν, αἴθρα δίκαιον

εἷμαδυνατόν, εἰ μείζω γε δίκαιοις ἀδικώτερος ἔξει.

Αλλὰ τάχει πάντας ἀπόλατελεῖν Δίας περπάνεργανον.

Ω Πέροι, σὺ δὲ ταῦτα μῆι φρεσὶ βάλλεο σῆσιν.

Καί νυ δίκαιοις ἐπάκιετε, βίντος δὲ δηποτέρηθεο πάριπαν.

Τόν δὲ γένος αὐθρώποισι νόμον διέταξε Κερνίων,

Ιχθύσι μάρμαροι, καὶ θηροῖ, καὶ οἰωνοῖς πετεεινοῖς,

Εἰσεν ἀλλήλοις· ἐπεὶ δὲ δίκαιοις δέσποιντος.

Αὐθρώποισι δὲ εἰδὼκε δίκαιοις, οἵ πολλὸν ἀείστη.

III *Capit.*

34 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Γίνεται. εἰ γαρ πέκκα τὸ θέλητα μίκης ἀγορεύειν  
Γιώσκων πάμ μέρη τὸ οὐρβόν μίδοι μέρυσσα γέμει.

Ος δέκε μῆρτυρείσιν ἐκὼν δηπίορκον δύμασας,  
Ψύσσεται, εἰ δὲ μίκης βλάψας γίνεσσον ἀσθητή,  
Τῇ δέ τοι ἀμφιερετέρη γέμει μετόπιθε λέλεπται.  
Αυτόρες δὲ μέρης γέμει μετόπιθεν αἰμάντην.

*σενός.* Σοὶ δὲ τῷ οὐρβόν μέρη μέγα τίπει Πέρση.

*τριῶν* 285 Τὴν μέρη τοι κακότητα καὶ ίλασθν δέτην ἀλέσθει,

Ρηϊδίως ὄλυζη μέρη σόδες μάλα δὲ τρύπην ναίει.

Τῆς δὲ αρετῆς ίδραμτα θεοὶ φρεπάροι θεοὺς ἔτηκαν

Αθανάτου, μαχρής δὲ καὶ ὄρθι Θεοῖς θεοῖς ἀντησει,

Καὶ ἐπηγένετο φρεστογένειαν δὲ εἰς ἀκεγούκητας

Ρηϊδίν δὲ ἅπειτη τέλει, γαλεπή περ ἔσται.

Οὐτοί μέρη πανάρεις Θεοί, ὃς αὐτῷ πάντα νόσει,

Φρεστοφέρη Θεοί τάκτηκαντα τρύπην τέλος ήστι αἱρέσει.

Εαθλὸς δὲ αὖτακεν Θεοί εἴς εἰπόντα πέντε.

Ος δέ τοι μήθε αὐτῷ νόσει, μήτε ἄλλας ἀκέστην

in τῷ μὴ φθίνοντι μηνὸς, τῷ δὲ ισαμέροιο. Inter quos disconuenit quod Suida in tertia Decade retrogradatim numeranda, de nonario tantum ad binarium, qui diem signat uicesima octauam, descendit, continuoq; subiungit cīlēs καὶ νέας, quam idem, astipulante quoque Proclo, νεμενίας appellat, que uicesima nona esset, tricesima defyderata, quodq; primæ decadis primam uocat ἀράτης ισαμέρος, Polluce & Gaza appellantibus νεμενίας. Sed & Gaza ubi Solonis meminit, aperte ostendit non eandem diem esse cīlēs καὶ νέας & νεμενίας. Eius uerba hęc sunt: Σόλωνα γέ τοῦ ἀθηναῖος τῶν καὶ τὰς μηνὰς αἰώμελίας συνιδέειν φασι. καὶ τῶν μὴ οὐ μέρας, καθ' λέπιστον καταλαμβάνει τε καὶ παρέρχεται τὸν ἥλιον, τάξαι cīlēs καὶ νέας καλεῖσθαι, τὸν δὲ ἐφεξῆς νεμενίας περσαγορεῦσαι. ἀλλα τε ἔτι καὶ δὲ τὸν μηναῖον μηναῖον. Ex quibus apparet primores Athenienses tantum uicenum nouenum dierum mēses computasse, dein tricenum Solonem, νεμενία, quæ prima esset lunæ recentis post cīnū καὶ νέας diem coitus adiecta. Vnde & diuersam illam de mensium diebus traditionem authorum coniūcio irrepsisse. Præterea constat Græcis

ob succrescentes in lunæ motu minutias, sicut  
as etiā fuisse ἐμβολίσμυς. Καὶ παχτὰς, sicut Ro-  
manis intercalares. (cύντεράς τε.) cύντεράς pro ἑν-  
ήγειᾳ, cogente lege hexametri. πέρας pro τε-  
τάρτῃ. εὗτ' αὐτὸν ἀληθεῖλε.) ὅταν μὲν ἀληθείας κρίνω  
σιν οἱ αὐθεφόι τὰς ἡμέρας. ἢ πόταν τὴν ἀληθῆ ἐ-  
πίστανται σωόδον, καὶ μὲν ἀκειβείας γνομόδηλος. χει-  
σάορε.) τὸν χειστὸν απάθην φέρεντα. οἵτις.) pro  
οἰας. ia cōtractis in . Hanc synæresin in Grā-  
matica. 26. 4. neglectam adscribe. τείχειν.)  
κείρειν proprie de ouibus dicitur, & signifi-  
cat tondere. εὔφερνα καρπὸν.) ἡδύτατον τέρ-  
ποντα τὴν ψυχὴν, ή δέ φραίνοντα. ἀμφῆδη.) αὐτὸν  
ἀμαῖν, ή γεννθείζειν τὸν εὔφερσών ποιῶντα καρ-  
πὸν. ἀερσιπότητθ.) αὐτὸν τὸν ὁ ἀερσιπότης. ἢ γαν-  
τὸν τῷ ἀερὶ πετόμενον in aere uolans, in alto pē-  
dula ab ὁ ἀπὸρ, τῷ ἀερειζομένῳ αέροι, & ποτέομαι. Si  
mille est ἀερσιπάς ἀερσιπότης, aeripedes, pedi-  
bus sublati in altū. αράχνης λέγεται τὸ ζωῦφιον  
ἀντὸν τὸ ὑφαντικὸν. αράχνιον ἢ τὸ ὑπ' ἐκείνης ὑφα-  
ντόμενον. εἰς πλεῖστον.) ὁ πλεῖστος, ή πλεία, καὶ τὸ πλεῖ-  
στον. sic ὁ χεῖστος, ή χεία, τὸ χεῖστον. ίδρις.) formi-  
ca. ὁ μύρμηξ ὁ ἔμπειρος σωεῖται ἀμάρται, αὐτὸν τῆς σῆ-  
τον συλλέγων διποθησανείζει. Formicæ in pri-  
mis sedula atque operosa animalia, tanto la-  
borandi studio tenentur, ut ne noctes qui-  
dem

II. LIBRVM HESIODI. III

dem in suo opere cesserent, modo sit plena luna. Has rerum cœlestium notitiam h abere cursum syderum tenere testantur Historici. ἀλέαθαι.) ἔκφυτ. αὐτιβολῆσαι.) ὄπιτυχεῖν.

Ηπιον ἥμηρ.) αἰτὶ τῷ ἀγαθὸν εἰς τὸ τάμειν ιεί 54.  
φυς. τυπέσιν δύναχίζειν. πώεα μήλων.) ψευφρα  
τικῶς αὐτὶ τῷ αρνίᾳ. ἐρίμυκον.) πολλὰ μυκόμε  
νον. ταμέριδν.) αἰτὶ τάμειν. 59. 6. ἡρήας.) ὄρε  
ας ὁ ὄρδις τούλος. αὐδρογόνος.) εἰς ἄρρενος γῆμ  
νησιν. εἰλίποδας.) curuantes uel trahētes pe  
des. Homerus hac uoce s̄pē utitur. καρχα  
ρέδοντας.) Proverb. Catella melitæa. ἀμφιπο  
λάδειν.) ψευέρχεσθ. οἵδιππο.) καὶ τὰ εἰς κατασκοδὴν  
νεάνι σωστέοντα ξύλα πολλὰ. πολλὰ ἤλεγχος, εἰ  
πεὶ πολλαδν ή ναῦς δεῖ). ὄπιδείελας.) est aduer.  
plur. num. sicut ωράτα δείελον crepusculum.  
uocat, δειλινὸς δείελος meridianus δε  
ridianum tempus δειλινὸν uocant.

Οὔποτε πάγκακον.) Proverb. Nullus dies 55.  
omnino malus. ἄρξεθε πίθη.) Græcismus est,  
pro aperire doliū. εἰρύμηνα. ) εἰρύψυ uel ἐρύψη.  
59. 6. ἄλλοτε μητρυά, ἦγεν κακὴ καὶ βαρεῖα ὥστερη  
μητρυά ψευτὴς ψευγόντες. Proverb. Dies nouer  
ca & parēs. τάων εὐδαίμων.) pro ῥημ. 16. 4.

ΤΕΛΟΣ.

PROVERBIA QVAE IN HOC  
*opere in nostris annotationibus citantur, &*  
*ab Erasmo in Chiliadibus diligenter explicantur.*

- Damantinus.**  
**Aduersus Solem ne me īto.**  
**Adraستia Nemesis.**  
**Aegroto dum anima est, spes est.**  
**A fronte atque à tergo.**  
**Aliquid malī propter uicinum malum.**  
**Amici procul agentes non sunt amici.**  
**Anima & uita.**  
**Αιππλαργεῖν.**  
**Araneas eiūcere.**  
**Argenteis hastis pugnare.**  
**Ausculta & perpende.**  
**Aut regem aut fatum.**  
**Bœotica ænigmata.**  
**Cadmea uictoria.**  
**Catella melitæa.**  
**Centum plaustrī trabes.**  
**Claudo uicinus disces claudicare.**  
**Cornicibus uiuacior.**  
**Cum exoſſis suum rodit pedem.**  
**Dauus sum non Oedipus.**

Dentale

Dentale non ineſt illi.  
 Dies nouerca & parens,  
 Difficilia quæ pulchra.  
 Dīmīdium plus toto.  
 Dispendio æquale malum lucrum.  
 Domī manendum.  
 Domum cū facis, ne relinquas īpolitam.  
 Domus amica, domus optima.  
 Dorica Musa.  
 Eadem mensura.  
 Fama non temere spargitur.  
 Fama prōdit omnia.  
 Festina lente.  
 Figulus figulo inuidet.  
 Genu ſura propius.  
 Gratia gratiam parit.  
 Homo homini deus.  
 Ημερόκοιτος.  
 Iisdem uescentes cepis.  
 Illotis manibus.  
 In holmo cubabo.  
 In omnia potens.  
 Inuidus uicini oculus.  
 Limen ſenectæ.  
 Lingua impetere.  
 Lippis ac tonsoribus notum,

Lucrum malum, æquale dispendio.  
 Lusciniaæ deest cantus.  
 Macilenta manu pinguem pedem.  
 Mala senium accelerant.  
 Malo accepto stultus sapit.  
 Malum consilium consultori pessimum.  
 Martis campus.  
 Melitæus catulus.  
 Mulieris podex.  
 Muli asinis quantum præstant.  
 Multæ manus onus leuius reddunt,  
 Multis ictibus deïcitur quercus.  
 Ne bos quidem pereat.  
 Ne à Chytropode cibum.  
 Nec sibi nec alijs utilis.  
 Neque nullis sis amicus, neque multis.  
 Ne quid nimis.  
 Nemesis adeat.  
 Ne uní nauí facultates.  
 Noctesq; diesq;  
 Nondum sacrificata deuorat,  
 Non impetam lingua.  
 Non ineat illi dentale.  
 Non omnino temere est, quod uulgo dicitur  
 Non semper erit ætas. (tang.)  
 Notum lippis ac tonsoribus,

Nosce

**Nosce tempus.**  
**Nulla dies omnino mala.**  
**Octapedes.**  
**Phoci conuiuum,**  
**Pusillum pusillo addere.**  
**Qui non litigat cœlebs est,**  
**Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet.**  
**Risus Sardonius.**  
**Rumor publicus non omnino frustra.**  
**Scarabeus aquilam quærit.**  
**Sera in fundo parsimonia.**  
**Si dixeris quæ uis, audies quæ non uis.**  
**Si iuxta claudum habites claudicare disces.**  
**Sine sacrīs hæreditas.**  
**Spartam nactus es, hanc orna.**  
**Spes in labro pyxidis.**  
**Vetecundia inutilis uiro egenti.**  
**Vrit absque torre.**  
**Vtilis nec sibi nec alijs.**

**PROVERBIORVM FINIS.**

OBVIA DE RATIONE  
*carminum Græcorum.*

**V**I SV M est quoque nō incommodum futurum studiosis, si de ratione carminum ea duntaxat subiecerō, quae Latinis, nisi parcissime fiant ad imitationem Græcorū, uitiosa sunt, uel etiam ignota, Græcis tamen communī usū protrita, omnibus iure optimo libere cōceduntur.

- Nota est longæ syllabæ.
- breuis.
- » ancipitis, siue natura siue licentia.

*Canon 1.*

In qualibet cæsura uocales breues subinde Græcis producuntur, perraro in quinaria & septenaria Latinis. Cæsura seu sectio, Græce τομὴ uel τμῆσις, est dictionis post pœdem quemuis absolutum, ultima syllaba superstes.

Oīdè μέγα láχοντις ἐπέδραμον ὑῖες ἀχαῶν.

- u u | - u u - u u - u u - -

Αλλὰ πάγ' ἀσαρτα Σαΐνεστα πάντα φύονται

- u u - - | - u u - u u - u u - u

Aὐτὰρ

Αὐτῷρ ἐπεὶ Δαναῶν γλύκτιαχήτι θεός Θ.

- u u - u u - u u | - u u - u u - u

Κάτισμαχέρη ἐὸν τό, τ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.

-- - u u - u u - - | - u u - u

In primi uersus ἔπιμιμερῆ, γα, & secundi πανθημιμιμερῆ, τα, producitur a, quamuis cor repta sit. 96. II. In tertij ἔφημιμιμερῆ, Το, et quarti ἔγνημιμιμερῆ, σε.

### Canon 2.

Idem frequentius fit, si sequēs dictio sub struat binas uel duplices consonantes, quae præcedentis dictionis uocalem finalem breuem Græcis positione suffulciunt, cum tam en apud Latinos binæ consonantes dicti onis posteræ principales, nihil iuuent possi tu uocalem breuem nude finalem dictionis prioris: nam in sequentibus metris uocales breues cum ob cæsuram tum positionē pro ducuntur.

Καὶ τῇ γε σερῆτι εὐρώπαλεσεν ἢ ὅγετεῖχΘ.

- - | - u u - u u - u u - u u - u

Δεῦτε Διὶ ἔγνηπετε σφέτερον πατέρος ὑμείς ου. cc

- u u - u u | - u u - u u - - u

Καὶ Τοὶ μὴ χείρεασιν ψαλτοσφετέρησι δαμάντις.

- - - - u u | - u o - u u - u

118 RATIO CARMIS.

Τοῖσιν ἔτις παρπὸν δὲ ἔφερε ζείσθεος αρσουεῖ

- u u - - - u u | - - - u u - u

Τόγι πε χολωσάμυος περσέφη νεφεληγέται ζύνε

τ u u - u u - u u x u u - u u | - -

Canon 3.

Vocales longae uel diphthongi nude finales, communes fiunt, si subsequens dictio incipiat à uocali, ut in hoc carmine η et η corripiuntur.

cc Τιών ἐγώ δέ καὶ Πέρση ἵττυμα μυθοσάίμεω.

- u u u - u u - u u u - u u - - - -

Canon 4.

Quandoque in eadem dictione tam longæ quam breues, cōmunes fiunt uocali continuo sequente.

Ἐδίμηναι οἵα σύνεις χαμαιδνάδες αἰσχὺ ἔδιλοι,

- u u - u u - u u u - u u - u u - u

Ἐκπερψὲ Πειάμοιο, τίν δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων,

- u u - u u - u u - u u - u u - u

Αὐτίκα πὰρ δὲ παῖδι καθεζόμενη κερνίων.

- u u - u u - u u - u u - u u - u

Τόνδε γένθι θρώποισι νόμοιν δέταξε κερνίων.

- u u - - - u u - u u - u u - u

Canon 5.

Per συνεχφώνησιν seu σύξελξιν duas syllabas sine media consona interuallante, in unam longam confluent quatuor modis, br̄c

ues, breuis & longa, longa & breuis, longe,  
& quandoque finales in breuem proxime  
uocali sequente.

Τῇ κεκορεασάμδῳ τείκαχὴ στῆειν ὄφιλοις.

- u u - u u - - — - - u u - -

Ωρη γαρ τὸ ὀλίγη πέλεται τεικέωντ' ἀγρέωντε

- - - u u - u u - - — u u — u

Βασὶ καὶ ιμόνοις ἐπιέτανον ἀντὸν ἔπειτα.

- u u - u u - u u — u u - u u - u

Τῷ μῷ θῶμου βασὶν ἵπιδ' αἴτει τὸ πλέον εῖη.

- - - u u - u u - u u - u u - u —

Δευθρέω ἐφεζόμδῳ ληυρεῖ καὶ χένατ' ἀσιδίλευ.

- — u - u u - u u - u u - u u -

### Canon 6.

Connexiones μν κῆ πῆ, præcedentem uocalem breuem, ueluti mutæ cum liquidis, communem faciunt.

Η τε καὶ ἀπαλάμδον περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

- u u - u u - - u u - u u - u u -

Πεύπε δὲ συσκιᾶσαι ἐκτῷ δὲ εἰς ἄγγεια φῦσαι.

- u u - - u u - - - u u - u

Αἰγυπτίης ὅπ πλεῖσα δόμοις ἐνὶ κῆματα κεῖται.

- u u - u u - u u - u u - u u - u

### Canon 7.

Non raro sola liquida uocalem antecedē  
tem breuem extendit.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὄφελον ἴγε πέμποισι μετεῖναι.

- u u - - - u u - - - u u - u  
Ιμερέαν κονάβιος, θεὸς δ' ὁ μέλΘας.

- u u - u u - u - u u - u u - u  
Δῶρα Διονύσου πολυγηθέΘα ματάρ ἐπικεὰ δῆμος.

- u u - - - u u - u u - u u - -  
Sed potest etiam Διωνύσος per αι legi, ut habeat Eustathius.

### Canon 8.

Liquida cum alia consonante sequente, quandoque præcedentem uocalem breuem nihil impedit positione.

Εἰ γαρ τοι καὶ χεῖμα ἐγχάρειος ἀλλο γέμηται.

- - - - - u u - u u - u u - u

Χρύσον μέρη φρώτισα γέμεΘα μερόπων αὐθρώπων.

- u u u - - - u u - u u - - - -

In ἐγχάρειον γ natura est, conflaturen im ex ἐκδικέα. Quod si maiis non absurde ex χεύσον per συνεχφάντον, spondæū efficies.

### Canon 9.

Nonnunquam σ præcedentem uocalem longam uelut liquida mollificat.

Tonas α Eῦτ' αὐτὸν κοντα μετά ζοπὰς ήλίοιο.

producit. - - - - u u - u u - u u - u

98.2.

### Canon 10.

Quedam monosyllaba apostrophū passa quan-

quandoque ueluti ad artem non pertinen-  
tia, negliguntur: quandoque, ceu uernæ, al-  
terius dictionis uicinam syllabam inuali-  
dam suffirmant.

*Ασυρη χεῖμα κακῆ θέρῳ δ' αργαλέῃ οὐτὸς τοι' εἰσιλῆ.*  
 - - - u u - u u - u u - u - -

*Εἰ δέκεν ἐργάζῃ τάχα σε γιλάσσῃ καίρυδες.*

- u u - - - u u - - - u u - u

*Νῦν δὲ ἐγὼ μήτ' ἀντὸς τούτων αὐθρώποισι δίκαιος.*

- - u - - - u u - - - u u - u

In θέρῃ & γιλάσσῃ corripitur ei propter  
uocales insequentes, & δὲ x' particulæ tan-  
quam nullius momēti, eīcē carmīnis structu-  
ra semouendæ, despiciuntur. In ἐγὼ uero &  
ministerio δὲ adiuta protendit. Vide Ser-  
uium eadem ferè differentē super uersu 17.  
tertij Aeneidos:

*Liminaq; laurusq;.*

### Canon II.

Grēcis liberum est in carmine facere, uel  
minus, apostrophum.

*Τὰς φρῶν τέρπει τι βεργάς ἵπ' ἀπείρονα λᾶνα.*

*Ωραῖος δὲ γυναικα πόνον δηλῶνος ἔγινε.*

Vides in priore uersu δηλῶνo amississe, in po-  
steriore non item, utrobiique tamen uocali  
proxime sequente. At Latinis, quando pri-

or dictio finit uelin uocalē uel cōsonantē  
m, nunquam sine uitio conceditur præter-  
ire collisionem: ut, Littora mult' ill' & terris  
iactatus & alto; nisi id rarissime fiat ad imita-  
tionem Græcorum: ut, Insulæ Ioni' in ma-  
gno quas dira Celæno. Et succus pecori, &  
lac subducitur agnis. Vergilius Aegloga 3.  
&, Tun' ill' Aeneas quem Dardanio Anchise.  
In Insulæ Pecori & Dardanio, uocales fi-  
nales longæ non auulsæ per apostrophum,  
communes fiunt more Græcorum, iuxta ca-  
nonem tertium. Item Latini tā longas quām  
breues uocales elidunt, Græci tantum bre-  
ues, \* adposito semper collisionis signaculo,  
Vnde nulla facienda est collisione in mensu-  
randis carminibus Græcis, nisi sit signata.  
Denique sciendum, celebri usu Græcis esse  
poetis, præcipue Hesiodo, quinto loco He-  
xametri diligere spondæum.

Μῆσαγ Πιερίνδην αὐοιδῆσι κλείσσου.

- - - v v - v - - - - - v

In hoc carmine etiam μῆσαγ spondæum  
efficit, non trochæum: nam ει & οι diphthon-  
gi finales, quamuis apud Grammaticos cen-  
seantur breues, tamen apud poetas, nisi per  
apostrophum decidant, uel propter sequen-  
tem

tem uocalem corripiantur, habentur produc-  
tæ. Item Πλείστην primum producit, licet  
uocalis sit ante uocalem. Vbi nota quod in  
Latinis dictionibus semper uocalis ante uo-  
calem corripitur, præter in sio. Apud Græ-  
cos uero  $\alpha$  /  $\upsilon$  ante alias uocales nunc longæ  
sunt, nunc breues, ut in  $\lambda\theta\circ\zeta$  -  $\upsilon$  produci-  
tur, in  $\alpha\circ\delta\lambda\circ\zeta$   $\upsilon$  -  $\upsilon$  corripitur. Porro Græcis syllabarū  
facillima obseruatio est quantitatum, nam quantitas  
quælibet diphthongus, & uocales  $n.$   $\omega$ , per apud Gra-  
petuo syllabam longam:  $\epsilon$ ,  $\circ$ . breuem, nisi na-  
turam suam exuant aliquo prædictorū mo-  
dorum, constituunt. Solæ uocales  $\alpha$  /  $\upsilon$ ,  $\delta\lambda-$   
 $\chi\circ\eta\Theta$ , id est, nunc productæ, nunc correptæ  
inueniuntur. Quarum tempora leuissimis  
quoque coniecturis studiosus abunde uena-  
bitur, nempe primitus uel inflexionē fina-  
lium quantitatem, cum passim ex compen-  
dio, tum etiam accentu uel apostropho de-  
prehendet, ut τὸ μέλι τῷ μέλι πι / corripit. 371.  
13. & 373. 15. Πμας  $\alpha$  producit. 373. 20. O-  
mnis synæresis facit syllabam longam.  $\sigma\acute{\alpha}$ -  
 $\chi\circ\epsilon\upsilon\upsilon\upsilon\sigma\acute{\alpha}\chi\circ\chi\circ\chi$   $\upsilon$  - 20. 4. in margine. Cauet  
amen putas synæresin factam, ubi saepius  
syncopa fit uel apostrophus, ut in  $\chi\lambda\acute{\epsilon}\sigma\alpha\upsilon\upsilon\upsilon$   
 $\chi\lambda\acute{\epsilon}\sigma\alpha\upsilon\upsilon\chi\acute{\epsilon}\rho\gamma\circ\zeta$ ,  $\chi\acute{\epsilon}\rho\gamma\circ\zeta$ .  $\upsilon$  -  $\upsilon$ . In uero

bis & finales corripiuntur, quia polysyllaba  
in antepenultimam accentum, ubi stare ne-  
quiret si ultima esset longa, recipiunt, πέν-  
θα, ἔπειρα, τύποιμ, τύφεππ, ἔτημ, ἔσαδι, bis syllabā  
eodem argumento in penultimam cir-  
cunflectunt, εἶπα, χῆμ. sic quoque & produ-  
ctam participiorum in ας ostendit accentus,  
τοιήσας --- τοιήσασα --- υ. sed & participia  
uerborum in μι, ancipites & u extendunt ισάς  
--- ισᾶσαι --- υ ισάς - ισᾶσαι - υ ζεύγνυς --- ζεύγνυσαι  
--- υ. Etiam & in tertījs personis ante ultimam  
Ionum more insertum, per reduplicatio-  
nem accessorium, & α, υ propriè uocales in  
uerbis μι solutæ, corripiuntur. τύποιντε τυ-  
ποίατε --- υ υ τοιεῖται τοιέαται - υ υ υ πθεῖσι υ - υ  
πθέασι υ υ υ ζεύγνυτον - υ υ. Item apostrophus  
communi usū defecans uocales tantum bre-  
ues, ancipites arguit correptas, ut in δητί υ υ  
κατὰ υ υ μάλα υ υ ίνα υ υ ancipites corripiun-  
tur, quia saepius inueniuntur per apostro-  
phum reuulsæ, ἐπ' κατ' μάλ' ίν'. Sed & α, υ fi-  
nales, in præpositionibus, aduerbijs, & con-  
iunctionibus ferè in uniuersum correptæ  
sunt. Et hæc de finalibus. Verum si secun-  
dam, tertiam, quartam' ue à fine ancipitis oc-  
cupent syllabam, facillimum tutissimumq;  
erit,

erit, si imiteris poetas receptiores. Vel etiam Gazam consulas licet, in tertio sue grammaticæ de hac re quædam breuiter & doce præcipientem. Denique unum admonendum, & non ideo uocari *δίγεονα*, quod ad cuiusvis arbitrium, ut quidam existimant, in una eademq; dictione & produci & corripi queant, sed eo modo *δίγεονα* esse, quo omnes uocales apud Latinos, ita quod in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur. Nam sicut apud Latinos in fames -- risuros --- uocales omnino producuntur, & in ades .. dominus .. eadem perpetuo correptæ sunt, sic quoque apud Græcos fit in *διγέροντες*. tame si non ignorem Græcos poetas quandoque *δίγεονα* eiusdem dictonis, præsertim alia uocali uel liquida, ut prædictum est, sequente, modo corripere, modo producere consueuisse, ut in *κυανής* Ο. u reperitur indifferens apud poetas: simili ter in *ἀρές α*, apud Homerum, *ἄρες ἄρες βερτολογίε - - - - -*. Idq; frequentius si complures breues cōcurrant, ut a particula in compositione priuans, breuis est, producta tamē legitur composita *θάίατρος* Ο. u u u *κάματρος* Ο. u u u & similibus pedibus *ξιβεργέσιν*, *αθάίατρος* Ο.

-υυυἄργαμετΘ-υυυ sic διὸς quum : corrīpt=at, in Διογένης -υυ- producit. Atque huius ge=neris permulta occurrunt legentibus poe=tas. Semper enim Grēcīs quam Latinis Mu=sæ fuere fauentiores : unde doctissimum e=xtat Martialis Epigramma:

*Dicunt cīaeγερδον tamen poetæ,  
Sed Grēci, quibus effēnibil negatum,  
Et quos ἄπεις ἄπεις licet sonare.  
Nobis non licet esse tam disertis,  
Qui musas colimus seueriores.*

F I N I S.

# HESIODI AS-

CRAEI OPERA ET DIES IO-

hanne Frisio Tigurino in-  
terprete.

*Numerus ad marginem positus denotat columnam  
in Graeco textu Hesiodi.*



V S A E è Pieria carminibus celebran 23.  
tes,

Agite, Iouem dicite uestrum patrem  
laudantes,

Quomodo mortales uiri pariter obscuriꝝ, clariꝝ,

Nobiles ignobilesꝝ, Iouis magni uolantate.

Facile enim extollit, facile uero elatum deiſcit.

Facile præclarum minuit, & obscurum adauget,

Facile uero corrigit incuruum, & superbū desiccat,

Iupiter altifremus, qui supremas domos incolit.

Audi uidens, audiensꝝ, iusticiæ uero dirige leges.

Tu. ego uero Persæ uera dicam. (terram

Non sanè unū erat contentionū genus, sed super

Sunt duo. Hanc quidem laudauerit intelligens,

Altera uero uituperabilis, in diuersum animū ducūt.

Hæc etenim bellumꝝ, exitiosum, & litem adauget

Noxia. nullus hanc amicè accipit mortalis, sed non  
cessariò

*Immortalium ex consilijs licet honorant molestam.*

*Alceram uero (priorē quidem genuit nox obscura.)*

**24.** *Posuit uero ipsam Saturnius altijugus, etbere ban  
bitans.*

*Terraq; in radicibus, & uiris multo meliorem.*

*Hec et ignauū quantumuis, tamen ad opus excitat.*

*In alterum enim quispiam intuitus, operis indigus,*

*Divitem, bic festinat quidem arare, atq; plantare,*

*Domumq; recte administrare. emulatur uerò uici-  
num uicinus,*

*Ad diuitias festinante, bona uerò concertatio bac  
hominibus.*

*Ecce figulus figulo irascitur, & fabro faber,*

*Et inops inopi inuidet, & cantor cantori.*

*O Persa. Tu uero haec tuo reconde animo.*

*Neq; tuum contentio malis gaudens ab opere an-  
num abstrabat,*

*Lites inspicientem, fori auditorem existentem.*

*Tempus enim breve est contentionumq;, foriq;,*

*Cui non uictus incus annuus reconditur*

*Tempestiuus, quam tellus profert, Cereris manus.*

*Quo saturatus, contentionem & litem augeas*

*Facultatibus in alienis. Tibi uerò non amplius se-  
cunda uice licebit*

*Sic facere. Sed hic dijudicemus contentionem*

*Rectis iudicijs, que ex Ioue sunt optima.*

*Nuper*

Nuper enim sororem diuimus, aliaq; multa  
 Rapiens auferebas, ualde concilians reges  
 Doniuoros, qui hanc licet cupiunt iudicasse:  
 Stulti, neq; sciunt, quanto plus sit dimidium totu.  
 Neq; quam in maluaq; & uspbodelo magna comme-  
 ditas.

Occultarunt enim Diij uictum hominibus.  
 Facile enim uel uno die laborasses  
 Ica ut tu in annum haberes, etiam ociosus existens.  
 Statim uero remonem super fumum posuisses,  
 Labores boum perijssent, & mulorum laboris pati-  
 encum.

Sed Iupiter abscondit iratus mentibus suis,  
 Quoniam ipsum decepit Prometheus uafer,  
 Propterea hominibus machinatus est curas diffi-  
 ciles,  
 Occultauit uero ignem, quem rursus bonus puer Ia-  
 peti

Furatus est hominibus Ioue à prudente,  
 In caua ferula, latens Iouem fulmine gaudentem.  
 Hunc iratus allocutus est nubicogus Iupiter.  
 Iaperi fili de omnibus consilia edactus,  
 Gaudesignem furatus, & quod meas mentes decea-  
 pisti,  
 Tibiq; ipfi magnam calamitatem, & uiris posteriss:  
 His ego pro igne dabo malum, quo uniuersi

130 HESIODI ASCRAE I

Delectantur animo, suum malum amplectentes.  
Sic dixit, subrisit uero pater hominumq; Deumq;,  
Vulcanum uero iussit preclarum, quam oxygia  
vitæ

Terram aqua commiscere, in uero ponere nocem,  
Et robur immortalibus uero Deabus aspergum assi-  
mulare

Virgineis pulchram formam peramabilem. Ceterum  
Mineruam

Opera docere, artificiosem celam texere.

Ergnatiā circumfundere capiti auream Venorem,  
Et desyderium difficile, & membra fatigatae curas  
Imponere uero caninamq; mentē, & fallaces mores  
Mercurium iussit, internuntium Argicidam.

Sic dixit, illi uero obediunt Ioui Saturnio regi.  
Protinus uero ex terra formauit inclitus ueroq; pe-  
de claudus

26. Virgini ueneranda simile, Iouis ob praecepta.

Cinxit uero et ornauit Dea casis oculis pradita Mi-  
nerua.

Circum ei Charitesq; Dea & Veneranda suadebat  
Monilia aurea posuerant corpori. circū uero ipsam  
Horæ palebricomē coronarunt floribus uernis,  
Omnem uero ei corpori ornatum applicuit Pallas  
Minerua.

In sanè ei pectoribus internuncius Argicida  
Menda-

Mendaciaq<sub>z</sub>, blandosq<sub>z</sub> sermones, & furax ingenia-  
um

Scruxit, Iouis consilijs grauisoni, in uero uocem  
Posuit Deorum preco; nominauit uero banc malie-  
rem

Pandoram, quoniam omnes cælestes domos incolentes  
Donum donarunt, nocumentum hominibus solerib,  
Cæterum postquam dolum arduum ineuitabi-  
lem perfecit,

Ad Epimetheam mittit pater inclytam Argicidam  
Donum ducentem Deorum celerem nuncium, neque  
Epimetheus

Considerauit quod ei dixerat Prometheus, ne force  
donum

Acciperet à Ioue cælesti, sed remitteret  
Retro, ne forte quid mali mortalibus accideret.  
Cæterum ille ubi accepit, quando sanè malum habuit,  
sapuit.

Prius quidē uiuebant super terrā tribus hominū  
Sedorsum fine malis, & absq<sub>z</sub> diffici labore,  
Morbisq<sub>z</sub> difficilib. quin & hominib. Seniū dederūt.  
Statim enim in afflictione mortales consenescunt.  
Sed mulier manibus dolij magnum operculum cum  
abstulisset,

Effudit, hominib. uero machinata est curas difficultes  
Sola uero illic spes in infractis domibus

*Intus mansit dolij sub labris, neq; foras*

- 27.** *Euolauit, prius enim superiniecit operculum dolij,  
Aegida habentis consilijs Iouis nubicoge.  
Alia uero infinita mala inter homines oberrant,  
Plena enim terra malis, plenum uero mare,  
Morbi inter homines, interdiu, atq; noctu  
Spontanei obambulant, mala mortalibus adferen-  
tes,*
- Tacite, quoniam uocem ademit prudens Jupiter.  
Sic nullo modo licet Iouis mentem effugere.  
Si uero uis, alium ego tibi sermonem summatim per-  
stringam*
- Bene & docte: tu uerò mentibus immitte tuis.  
Ut simul nati sunt Dei, mortalesq; homines,  
Aureum quidem primum genus diuisis linguis uen-  
tium hominum*
- Immortales fecerunt cœlestes domos incolentes.  
Isti sub Saturno erant, quando in cœlo regnauit.  
Utq; Dij uiuebant securum animum habentes,  
Seorsum absq; laboribus & arumna, neque ulla mi-  
sera*
- Senectus aderat, semper pedes & manus similes  
Delectabantur in conuiuijs, mala extra omnia.  
Moriebantur uerò, tanquā somno domiti, bona uerò  
omnia*
- Illis aderant, fructum uero proferebat almatellus  
Nullo*

*Nullo cogente, multumq; & copiosum. ipsi uero uoluntarij*

*Trāquilli, laboribus fruebantur cum bonis multis.*

*Ceterum postquam & hoc genus terra obexit,*

*Illi quidem Dæmones sunt Iouis magni consilijs*

*Eximij, terrestres custodes mortalium hominum 28.*

*Qui sanè custodiuntq; iura, & molesta opera*

*Acrem induci, undiq; peragrance super terram,*

*Diuinarum datores, & hoc premium regale consecuti sunt.*

*Secundum rursus genus multo deterius deinceps*

*Argentorum fecerunt, cælestes domos tenentes,*

*Aureo neq; indole simile neq; sensu*

*Sed centum quidem puer annos apud matrem sedulam.*

*Alebatur crescens, ualde stolidus, sua in domo*

*Sed postquam adoleuisset, & pubertatis modum attingisset,*

*Breue uiuebant ad tempus, doloribus reforti*

*Ex insipientijs, iniuriā enim noxiā non poterat*

*A se mutuo propulsare, neq; Deos colere*

*Volebat, neq; sacrificare Deorum sacras super aras;*

*Quatenus fas est hominibus secundum consuetudinem. bos quidem postea*

*Iapicer Saturnius extinxit iratus, eo quod honores*

*Non dabant beatis Diis, qui cælum incolunt.*

Ceterum postquam & hoc genus terra obcessit,  
 Hi quidem subterranei beati mortales appellancur  
 Secundi, sed tamen honor & hos sequitur.  
 Iupiter uero pater tertium aliud genus articulata  
 uoce utencium hominum

Aeneum produxit, non argenteo quicquam simile,  
 E fraxinis, acre & robustum. quibus Martis.  
 Opera curae sunt suspiciofa, & concumelia, neque ci-  
 bum

Edebant, sed adamante habuerunt robustiorem ani-  
 mum,

Informes. ingens uero uis, & manus intacta,

29. Ex humeris crescebant in ualidis membris.

Illi uero erant aenea arma, ereq[ue] domus.

Ex aere uero operabantur. nigrum uero non erat fer-  
 rum.

Et isti quidem manibus à proprijs domici,

Descenderunt in opacam uel amplam domum bore-  
 rendi Plutonis,

Ignobiles, mors uero & immanes quantumvis exis-  
 fentes

Cepit atra, splendidum uero reliquerunt lumen So-  
 lis.

Ceterum postquam & hoc genus terra cooperuit,  
 Rursus etiam aliud quartum super terram multiplicata  
 scuam

Jupiter

*Iupiter Saturnius fecit, iustius & praestantius*

*Virorum heroum diuinum genus, qui vocantur*

*Semidei priori et ati, per immensam terram.*

*Et hos quidem bellumq; calamitosum, & pugna du-*  
*ra,*

*Hos quidem apud Septiportas Thebas Cadmeam*  
*terram*

*Perdidit pugnantes oves propter Oedipi.*

*Alios uero in nauibus super magnum fluxum mari*

*Ad Troiam dicens, Helenam propter pulchricomam.*

*Ibi certe hos mortis finis oppressit.*

*Illis autem seorsim ab hominibus uictu & sedes pra-*  
*bens,*

*Iupiter Saturnius constituit pater, ad terminos ter-*  
*re,*

*Et isti quidem habitant liberum a curis animum ha-*  
*bentes,*

*In beatorum insulis, iuxta Oceanum uorticorum*

*Beati heroes, illis mellifluum fructum*

*Ter in anno uirentem profert alma cellus.*

*Non amplius utinam ego quintis interessem*

*Viris, sed aut prius mortuus essem, aut postea natus.*

*Nunc enim genus est ferreum, nec unquam die 30.*

*Cessabunt a labore & arumna, neque noctu,*

*Perdisi, duras uero Diu dabunt curas.*

*Sed camen & his miscebuntur bona malis.*

Iupiter uero destrues & hoc genus distincte loquuntum hominum.

Quando uero facti cani circa tempora fuerint,  
 Neq; pater filijs concors, neq; liberi,  
 Neq; hospes hospiti, & amicus amico.  
 Neq; frater amicus erit, quemadmodum antea.  
 Statim senio confectos de honestabunc parentes.  
 Arguent uero asperis alloquentes uerbis,  
 Impij, neq; Deorum intuitum uerici. neq; isti quidem  
 Grandavis parentibus nutricandi officium reddēt.  
 Violenti, alter uero alterius urbem euertet.  
 Nulla uero pijs gratia erit, neq; iusti,  
 Neq; boni. magis uero scelerum artificem & uolentum.

Virum honorabunt. Iustitia uero in manibus. & uerecundia

Non erit, damno uero afficit malus prestantiorem uitum,

Verbis intaricis alloquens, insuper poriurium iurabit.  
 Inuidia uero homines calamitosos omnes  
 Obstrepera malis gaudens sequetur inuidiosè respetans.

Et tunc sanè ad calum à terra latiuia,  
 Albis uestibus obsecunda corpus pulchrum,  
 Immortalium ad familiam perreseruare reliquenter  
 homines,

Pudor

Pudor. & Dea iustitia. relinquuntur uero dolores  
difficiles

Mortalibus hominibus. mali uero non erit remediū.

Nunc uero apologum regibus dicam, sapientibus 31.  
quamuis ipjis.

Sic accipiter alloquucus est lusciniam canoram,  
Alte admodum in nubibus ferens, unguibus corri-  
piens.

Illa uero miserabiliter incurvis transfixa unguibus  
Lugebat. hanc uero imperiosè sermons allocutus est.  
Infelix, quid obstrepis? babet nunc temulcò præstan-  
tior.

Hac cundum est tibi, quà te ego duco, licet cantatri-  
cem existentem.

Cænam uero, si uoluero, faciam, aut dimittam.

Stultus qui uelit poterioribus aduersari.

Victoria priuatur, & ad dedecus dolores patitur.

Sic ait uelox accipiter, extensis alis prædicta auis.

O Persa, tu uero audi iustitiam, neque contumeliam  
auge.

Iniuria uero mala misere homini, neq; sanè fortis  
Facile perferre potest, grauetur uero ab ipsa,  
Hlapsus damnis, via uero altera perueniendi  
Potior ad iusta, ius uero super iniuriam præualeat,  
Ad finem prograsse, ~~damno accepto~~ stultus sapit.  
Statim u. currit per iuriū unā cū peruersis iudicijs.

*Iustitia uero impetus uiolens traxit quo & homines  
duixerint*

*Domi uori. iniquis uero iudicijs iudicarint leges.*

*Hac uero sequitur flens per urbē & sedes populorū*

*Aere amicta, malum hominibus adferens,*

*Qui uero ipsam expellunt, & non rectam distribuā  
runt.*

*Qui uero ius hospicibus & popularibus reddunt*

*Æquum, neq; præor graduntur iustum,*

*His floret urbs, populiq; florent in ipsa,*

**32.** *Pax uero per terram proli fera, nunquam ipfis*

*Triste bellum parat lacè uidens Iupiter*

*Neq; unquam iustos incerti viros fames uersatur,*

*Neque damnum in coniuijs, aut parcis opibus fra  
uncur.*

*His profert terra copiosum uitium, in montibus ue  
ro quercus*

*Summa quidem profert glandes, media uero apes,*

*Lanigeræ uero oves, lanis de granata sunt.*

*Pariunt uero uxores similes liberos parentibus.*

*Florent uero bonis perpetuo, neq; in nauibus*

*Icer facient, fructum uero profert uberrima cellus.*

*Quibus uero & iniuria curæ est mala & prava  
opera,*

*Iisdem pœnâ Saturnius destinat lacè uidens Iupiter.*

*Sæpe & uniuersa urbs ob malum circum molestatur.*

*Qui*

*Qui peccat et iniusta machinatur.*

*Illi uero cælitus magnam induxit pœnam Saturnius,*

*Famem simul et pestem. pereunt uero populi,  
Neq; mulieres pariunt, decrescunt uero familie,  
Iouis consilio cælestis. Interdum uero rursus  
Aut horum exercitū lacè perdidit, aut ipse murum,  
Aut naues in mari Saturnius punit illorum.*

*O gubernatores, uos uero perpendite et ipsi  
Hanc pœnam. Propè enim inter homines existentes  
Immortales, uident, quotquot peruersis iudicijs  
Se mutuo atterunt Deorum aspectum non curantes.  
Ter enim decies mille sunt super terram mulcorum  
altricem*

*Immortales Iouis custodes mortalium hominum.*

*Qui sanè custodiunt iura, et prava opera, 330*

*Nube amicti, passim obambulantes super terram.*

*Hec et virgo est iustitia Ioue procreata,*

*Pudicaq; et ueneranda Dijs, qui cælum incolunt.*

*Et sanè quando aliquis ipsam offenderit præue iniuria afficiens,*

*Protinus apud Iouem patrem sedens Saturnium,*

*Exponit hominum iniustum mentem, ut luat*

*Populus sclera regum, qui prava cogitantes*

*Aliò deflectunt iudicia, oblique pronunciantes.*

*Hec custodientes o reges rectas facite sententias,*

*Iustitia uero impetus violentis tracta quo ex hominibus  
duixerint*

*Domi uori. inquis uero iudicijs iudicarint leges.*

*Hec uero sequitur flens per urbē & sedes populorū*

*Acre amicta, malum hominibus adferens,*

*Qui uero ipsam expellunt, & non rectam distribuerunt.*

*Qui uero ius hospitibus & popularibus reddunt*

*Æquum, neq; prætergradiente uir iustum,*

*His floret urbs, populiq; florent in ipsa,*

**32.** *Pax uero per terram proli fera, nunquam ipfis*

*Triste bellum parat lacè uidens Iupiter*

*Neq; unquam iustos incer uiros fames uersatur,*

*Neque damnum in conuiuijs, aut parcis opibus fruuntur.*

*His profert terra copiosum uictum, in montibus uero quercus*

*Summa quidem profert glandes, media uero apes,*

*Lanigeræ uero ones, lanis degrauata sunt.*

*Pariunt uero uxores similes liberos parentibus.*

*Florent uero bonis perpetuo, neq; in nauibus*

*Icer facient, fructum uero profert uberrima tellus.*

*Quibus uero & iniuria curæ est mala & prava opera,*

*Tisdem pœnā Saturnius destinat lacè uidens Iupiter.*

*Sape & uniuersa urbs ab malum virum molestatur,*

*Qui*

*Qui peccat et iniusta machinatur.*

*Illi uero cælicus magnam induxit pœnam Saturnius,*

*Famem simul et pestem. pereunt uero populi,  
Neq; mulieres pariunt, decrescunt uero familie,  
Iouis consilio cœlestis. Interdum uero rursus  
Aut horum exercitū latè perdidit, aut ipse murum,  
Aut naues in mari Saturnius punit illorum.*

*O gubernatores, uos uero perpendite et ipsi  
Hanc pœnam. Propè enim inter homines existentes  
Immortales, uident, quotquot peruerfis iudicijs  
Se mutuo atterunt Deorum aspectum non curantes.  
Ter enim decies mille sunt super terram multorum  
altricem*

*Immortales Iouis custodes moralium hominum,*

*Qui sanè custodiunt iura, et prava opera,*

*Nube amicti, passim obambulantes super terram. 330*

*Hec et virgo est iustitia Ioue procreata,*

*Pudicaq; et ueneranda Dijs, qui cælum incolunt.*

*Et sanè quando aliquis ipsam offenderit prauè iniuria afficiens,*

*Protinus apud Iouem patrem sedens Saturnium,*

*Exponit hominum iniustum mencem, ut luat*

*Populus scelera regum, qui prava cogitantes*

*Aliò deflectunt iudicia, oblique pronunciantes.*

*Hec custodientes o reges rectas facias sententias,*

*Doniori prauorum uero iudiciorum omnino obliuī  
scimini.*

*Sibi p̄si mala struit uir, alteri struens.*

*Malum uero consilium consulori pessimum.*

*Omnis uidens Iouis oculus & omnia intelligens,*

*Et sanè hæc, si uolit, intuetur. neq; ipsam latet,*

*Quale nam iudicium urbs intus concineat,*

*Nunc uero neq; ipse inter homines iustus*

*Esse uelim, neq; meus filius, quoniam malum est, ui-  
rum iustum*

*Esse, si plus iuris iniustior habebit.*

*Verum hac non existimo perfecturum Iouem fulmi-  
ne gaudencem.*

*O Persa, tu uero hac animo reconde tuo.*

*Et sanè iusticie obtempera, iniuriae uero obliuiscere  
omnino,*

*Hanc enim hominibus legem constituit Saturnius,  
Piscibus quidem, & feris, & auibus uolatilibus,  
Se mutuo deuorare, quoniam ius non est in illis.*

*Hominibus uero dedit iusticiam, qua longè optima.*

34. *Est. Si enim quis uoluerit iusta pronunciare*

*Prudens: huic quidem dat latè uidens Iupiter.*

*Qui uero testimonij sponte sua per iurum peierans,  
Mentietur, ius uero uiolauerit: immedicabiliter da-  
nona effodus est,*

*Huius uero obscurior postaricq; in postoxū relictæ est.*

*Viri*

*Viri uero ueracis posteritas postea illiſtrior.*

*Tibi uero ego, bona ſentieſ, dico ſtuliſſime Persa.  
Maliciam quidem & cumulatim licet capere,  
Facile breuis quidem uia, ualde uero prope habitat.  
Virtutem uero ſudorem Dij ante posuerunt  
Immortales, longa uero & ardua ſemita ad ipsam,  
Et aſpera prium, poſtquam uero ad ſummuſ uer-  
tum fuerit,  
Faciliſ quidem poſtea eſt, diſſiciliſ quantumuiſ exi-  
ſtens.*

*Hic quidem optimus eſt, qui ſibi ipſi omnia proſpicit,  
Expendens, que & in posterum & ad finem ſint me-  
liora.*

*Bonus etiam rurſus & ipſe, qui recte conſulentipar-  
uerit.*

*Qui uero neque ſibi ipſi ſapit, neque alium audiens  
Animo recondit: hic rurſus inutilis uir excat.*

*Verum tu noſtri memor ſemper præcepti,  
Labora Persa, ex Dij proſapia ut te fames  
Odio habeat, amet uero te pulchre coronata Ceres  
Veneranda, uictu uero tuum impleat horreum.  
Fames etenim omnino ignauo comes uiro.*

*Huic uero Dij ſuccenſent, & homines, quicunq; otio-  
ſus*

*Viuit, fuciſ aculeo carentibus ſimiliſ ſtudio,  
Qui apum laborem abſumunt, otioſi*

35. Comedences. tibi uerò opera grata sint mediocria cōlere,

*Ut tibi compeditio uictu impletantur horrea.*

*Ex laboribus uerò uiri pecorosiq; diuitesq;.*

*Et tu laborans multo charior immortalibus*

*Eris, atq; hominibus. ualde enim odio habet ociosos*

*Labor uerò nullum dedecus, ocium uerò dedecus.*

*Si uerò laboraueris, mox te æmulabitur & ociosus*

*Ditescentem, diuitias uerò & uirtus & gloria comi-  
tatur.*

*Deo simili eris (nam laborare melius)*

*Si ab alienis possessionibus stultum animum*

*Ad opus uertens curam habeas uitæ, ut te iubeo.*

*Pudor uerò non bonus indignum uirum fert,*

*Pudor, qui uiros ualde lædit, atq; iuuat.*

*Pudor utiq; ad pauperiem, animositas uerò ad opes.*

*Opes uerò non raptae, diuinatus datæ multò sunt præ-  
stantiores.*

*Nam si quis & manibus per uim magnas diuitias  
attraxerit,*

*Auct hic lingua prædabitur (qualia multa*

*Contingunt, quando sanè lucrum mentem deceperit*

*Hominum, pudorem uerò impudentia profligarit.)*

*Facile & ipsum disperducit Dij, minuūturq; familie*

*Viro huius, pauxillum uerò ad tempus diuitiae ad-  
sunt.*

*Æquale*

*Æquale uero peccatum qui & supplicem, & qui bo-  
spicem malo afficiat.*

*Quiq; fratri sui cubilia ascenderit,*

*Furciui cubilis uxoris flagitiosa committens.*

*Quiq; cuiusdam ineptijs læserit orphanos liberos.*

*Quiq; parentem senem, misero in senecta limine,*

*Concumelijs affecerit, molestis inuadens uerbis. 36.*

*Huic sanè Iupiter ipse irascitur, ad extremum uerò*

*Facinoribus pro iniquis duram imponet talionem.*

*Verum tu ab his omnino coerce dementem animum.*

*Pro uirili uerò facito sacra immortalibus Dijs*

*Mundè ac pure, splendida uerò crura cremato.*

*Interdum sanè libationibus suffimentisq; placato.*

*Quando uero cubitum ieris, & quum lux sacra uen-  
erit,*

*Vt tibi propitium cor & animum babeant,*

*Vt aliorum acquiras fortem, non tuam aliis.*

*Amicum ad conuiuiū uocato, inimicū uerò omittito.*

*Huc uero maximè inuitato, qcunq; te prope habitat.*

*Si enim tibi & negotiū domesticū aliquod contingat,*

*Vicini discincti accedunt, cinguntur uero cognati.*

*Tancum est exitium malus uicinus, quācum bonus  
magna commoditas.*

*Assecutus est bonorem, qui nactus est uicinū bonum.*

*Neq; sanè bos periret, si non uicinus malus esset.*

*Recte quidem mensurā accipe à uicino, recteq; reddo.*

144 HESIODI ASCRAE I

Eadem mensura, & ubiiore si potes.

Ut sanè indigens, & in posterum facis promptum inuenias.

Ne malum lucrum sequere, mala lucra aequalia da mnis.

Officium præstante officijs prosequere, & uisentem te, uise.

Et da qui dederit, & non da qui non dederit.

Datori quidē aliquis dat, non danti uero nemo dat.

Datum bonum, raptus uero malum, mortis concubatrix.

Qui quidem uir liberalis, et si mulcum dederit,

37. Gaudet re donata, & delectatur suo in animo.

Qui uero ipse acceperit, impudentia fretus,

Quantumuis pusillum sit, hoc, & molestas charum cor.

Nam et si paruum ad paruum addideris,

Et frequenter hoc feceris, mox quidem magnum & hoc conficietur.

Qui uero quod adest cōfert, hic evitabit nigrā famē,

Neque hoc in domo reconditum quod est, uirum molestat.

Domi melius est esse, nam nocium quod foris est.

Iucundum quidem de re præsenti accipere, damnum uero animo

Indigens absenti, que se considerare iubeo.

Incipiente

*Incipiente uero dolio & desinente, saturari. s. iubeo,  
In medio parcere. sera uero in fundo parsimonia.*

*Merces uero uiro amico pacta sufficiens sit.*

*Et sanè fratri iocans testem adde.*

*Nam crudelitas simul, & diffidentia perdiderunt  
uiros.*

*Neq; mulier tuam mentem nates ornans decipiatur,  
Sua via garriens tuum explorans rugurum.*

*Qui uero mulieri confidit, confidit idem furibus.*

*Vnigenitus uero filius seruabit paternam domum*

*Pascendo, sic enim diuitiae augentur in ædibus.*

*Senex uero morieris, alium filium relinquens.*

*Facile sanè pluribus præbueris Iupiter immensas di  
uitias.*

*Maior quidem plurium cura, maior uero prouentus.*

*Tibi uero si diuitias animus cupit in mentibus suis,*

*Sic facito, opus super opus operare.*

## LIBER II.



LEIADIBVS ab Atlante genitis e- 38.

*& orientibus,*

*Incipe messem. arationem uero, occiden  
cibus.*

*Quæ sanè noctesq; & dies quadraginta*

*Absconditæ sunt. rursus uero præterlabente anno,  
Apparent, primum acuminato ferrum uel falcem.  
Hæc sanè aruorum est regula, quiq; mare  
Propè habitant, quiq; ualles declives  
Mari procelloso procuū pinguem terram  
Incolunt. Nudus ferito, nudus uero arato,  
Nudus quoque metito, si modo tempestiuæ omnia ue  
lis*

*Opera importare Cereris, ut tibi singula  
Tempestiuæ crescant. ne fortè interim inops  
Mendicando adeas alienas domos, & nihil effici  
as.*

*Quemadmodū & nunc ad me uenisti. ego uero tibi nō  
amplius dabo,*

*Neq; admetiar. labora stolide Persa,*

*Opera quæ hominibus Dij ordinarunt,*

*Ne quando cum liberis uxoreq; animo mærens,*

*Queras uitum per uicinos, illi uero non curent.*

*Bis quidem, & ter forsitan consequeris: si uero ampli  
us molestus fueris,*

*Rem quidem non facies. Tu uero inania multa pre  
caberis.*

*Inutilis uero erit uerborum regula. Sed te iubeo*

*39. Considerare debitorum solationem, famisq; fugam.*

*Domum quidem primum, uxoremq; bouemq; au  
ratorem,*

*Famulam*

Famulam non nuptam, qua & boues sequatur.  
 Utensilia uero domi omnia apta disponito.  
 Ne tu poscas ab alio, ille uero neget, tu uero careas,

Tempus uero prætereat, minuatur uero tibi opus.  
 Neq; reiice & in crafthinum, & in perendinum.  
 Non enim inaniter laborans uir implet horreum,  
 Neq; dilator, cura uero tibi opus promouet.  
 Semper enim dilator operis uir noxis luctatur.  
 Quando sanè cessat uis acuti Solis,  
 Ab æstu sudorifero, in autumno pluente  
 Iuue præpotente, commutatur uero mortale corpus  
 Multo agilius (nam tunc sirus stella  
 Modicè supra caput fato obnoxiorum hominum  
 Oritur interdiu, maiori parte nocte fruitur)  
 Tunc incorruptissima es & secta ferro  
 Materia, folia uero bumi fundit, annoq; cessat.  
 Tunc sanè ligna secato, memor tempestiui operis.  
 Mortarium quidem tripedale secato, pistillum tri-  
 cubitalem.  
 Axemque septempedalem, ualde enim apta sic.  
 Si uerò octopedalem & malleum inde secueris.  
 Trium palmorum caruaturam secato decem palmo-  
 rum currui.  
 Multa præterea incurua ligna, fertu uerò dentale  
 cum inuenoris,

*In domum, per montem querens, aut per terram.  
I lignum, hoc enim bobus ad arandum firmissimum  
est,*

**40.** *Quando sancet Cœtice Cereris famulus in burifi-  
gens*

*Clavis admouens adaptauerit stiue.*

*Bina uero disponito aratra fabricans domi,*

*Dentatum & compactum, nam multo melius sic,*

*Si & alcerum fregeris, alcerum bobus iniicias.*

*Ex lauro uero uel ulmo, firmissimæ stiue.*

*E quercu, burim. ex ilice, dentale. boves duos nouen-  
nes*

*Masculos comparato (horum enim robur non debi-  
le est)*

*Etatis parilitatem habetes, hi duo ad laborandum  
optimi.*

*Non enim hi duo contendentes in sulco laborando,  
aratrum*

*Frangent, opus uero imperfectum ibi reliquerint.*

*Hos uero simul quadragenarius iuuenis sequatur,*

*Panem cœnatus quadrifidum octo morsuum.*

*Qui operis curam habens, rectum sulcum ducat,*

*Nec amplius respiciens ad aequales, sed ad opus*

*Cnimum babens, hoc uero minime iunior aliis me-  
lior,*

*Spargere semina, & iteratam sationem euitare.*

*Iunior*

Iunior namqu uir ad suos aequales stupet.

Consydera uerò, quando sanè uocem gruis au-

dieris,

Alcè ex nubibus annua clangentis.

Quæ arationis signum adfert, & byemis tempus  
Ostendit pluuiialis, cor uerò rodit uiri bobus carentis.

Tunc sanè pasce tortiles boues domi existentes.

Perfacile enim dictu est, par boum da & currum:  
Facile uero abnuere. instat uero labor bobus.

Ait uero uir mentibus compos, fabricato currum,  
Stultus nequ, hoc nouit, centum ligna currus.

Horum aince curam habeo, domestica disponito. 41.

Quando sanè primum aratio mortalibus apparuerit,

Tunc sanè aggredere pariter & famuli, & ipse.

Siccam & humidam arans, arationis tempore.

Manè ualde festinans, ut tibi impleantur arua.

Vere proscinde. aestate uero proscissa non te fallet.

Noualem uero serito, adhuc suspensa terra.

Noualis expultrix execrationum, puerorum pla-

trix

Supplicia uero Ioui terrestri, Cereriqu, castæ,

Prouentum uecerent Cereris sacrum munus.

Cum incipis primum arationem, cum summitatem

stiuæ

Manu capiens, stimulo boum ad tergum cum uene-

ris,

*Temonem trahentium loro. iuuenis uerò à tergo  
Famulus habens ligonem, laborem auibus ponat  
Semina occultans, industria enim optima.*

*Mortalibus hominibus est, ignavia uerò pessima,*

*Sic uerò ubertate spicæ nutabunt ad terram,*

*Si finem ipse postea cœlestis bonum præbuerit,*

*Ex uasis expellas telas aranearum. & te spero*

*Gauisurum, uictum adeptum domi existentem.*

*Latus autem peruenies ad album uer. neque ad ali-*  
*los*

*Respicies, tui uerò alius uir indigus erit.*

*Si uerò Solis uersione araueris terram diuinam,*

*Sedens metes, parum manu comprebendens,*

*Obuersim ligans, puluerulentus, non ualde latus*

*42. Feres autem calatho, pauci uerò te admirabun-*  
*tur.*

*Interdum uerò alia Iouis mens agida habentis,*

*Difficile uerò hominibus mortalibus cognoscere.*

*Si uero serò araueris hoc sanè tibi remedium*  
*sic*

*Quando cuculus cuculat quercus in folijs,*

*Primum, & delectat mortales super uniuersam*  
*terram.*

*Tunc Iupiter pluit tertio die, neq; definit.*

*Neq; sanè excedens bouis ungulam, neq; deficiens.*

*Sic sanè sergina aratio priori arationi aquivaleat,*

*In animo uerò tuo recte omnia obserua, neque te las  
teat,*

*Neq; uer exoriens canum, neq; tempestiuia pluuiia,  
Præteri aneam sedem, & tepidam confabulationem  
Tempore hyemali, quando frigus uiros uebemens  
Retinet, tunc sanè impiger uir magnam domum au  
get.*

*Ne te mala hyemis desperatio opprimat  
Cum paupertate, macra uerò pinguem pedem manu  
premas.*

*Multa uerò otiosus uir uanam ob spem expectans,  
Indigens uictus, mala uolutat animo.*

*Spes uerò non bona indignum uirum fert,  
Sedentem in taberna, cui non uictus sufficiens sic.  
Ostende uerò famulis, æstate adbuc media existen  
te,*

*Non semper ætas erit, parati nidos.*

*Mensem uerò Ianuarium, malos dies, boues excori  
antes omnes,*

*Hunc uitato, & glacies, quæ super terram,  
Spirante Borea, ualde molestæ existunt.*

*Qui & per Thraciā equorū altricem, spacioſo mari,  
Inspirans, concutit, remugit uerò terra & sylua, 43  
Multas uerò quercus alticomas, abiecesq; crassas  
Montis in uallibus deiicit, terre alma  
Irruens, & omnis reboat tunc ingens sylua.*

Fera uero horrent, caudas uero sub pudenda ponunt,  
Quarum & uellere tergus densum est, sed tamen et  
bos

Frigidus existens perflat, hirsuto pectore quancum-  
uis existentes.

Quin etiam per pellem bouis penetrat, neq; ipsum su-  
stinet

Etiamq; per capram perflat uillosum, greges ouium  
minime,

Eo quod annui uilli eorum, non perflat,  
Vis uenti Boreae incuruum uero senem efficit.

Et per uirginem tenero corpore non perflat,  
Quae intra domum, charam apud matrem permanet  
Nondum opera experta aureae ueneris.

Beneq; loca tenerum corpus, & pingui oleo  
Vncta, noctu cubat intra domum,  
Tempore hyemali. quando exossis polypus suum pe-  
dem arrodit,

In frigida domo, & in domicilijs molestis.

Non enim ei sol ostendit pabulum ut inuadat,  
Sed super nigrorum hominum populumq; urbemq;  
Voluitur, tardius uero uniuersis Græcis lucet.

Et tunc sanè cornigeræ & non cornutæ syluicubæ,  
Lugubriter dentibus stridentes per queretum uallo-  
sum

Fugiunt & omnibus in animo hoc curæ est.

Sibi

Sibi tegmina inquirentes, densa latibula incolunt,  
Et speluncam saxosam. tunc sanè tripedi homini si= 44.  
miles,

Cuius dorſum fractum es, caput uero ad pavimen-  
tum spectat.

Huic similes, discurrent euitantes niuem albam.

Et tunc indue munimentum corporis, ut tibi præci-  
pio,

Chlænamq; mollem, & talarem tunicam.

Stamine uero raro multam tramam intexe.

Hanc indue ut tibi capilli non tremant,

Neq; erecti horreant leuati per corpus.

Circum uero pedibus perones bouis fortiter mactati

Aptos ligato, uillis intus obſtruens.

Primogenitorum uero hædorum, quādo frigus tem-  
peſtuum uenerit,

Pelles confuso neruo bouis. ut super bumerum,

Pluiae arceas teponem. caput uero super

Pileum habeo elaboratū, ut aures non madefaciat.

Frigida enim aurora eſſe Borea incidente.

Matutinus uero, super terram à celo stelligero,

Aer frugifer, extensus eſſe beatorum super opera.

Qui haustus fluminibus à perennibus

Altè super terram leuatus uenti turbine.

Interdum quidem pluit ad uesperam, interdum flat

Densas Thracio Borea nubes agitante.

*Hunc præueniens, operibus perfectis, domum redi-  
to.*

*Ne quando te è cælo atra nubes circumtegat,  
Corpusq; madidum faciat, uestesq; humectet.  
Sed fugito. mens enim saeuissimus iste  
Hyberus, difficilis ouibus, molestus uerò homini-  
bus.*

*Tunc dimidium bobus, uiro uerò plus adfie  
45. Cibi. longæ enim ualidæ noctes sunt,  
Hac custodiens perfectum in annum,  
Æquato noctesq; & dies. donec rursus  
Terra omnium mater fructum omnigenum produ-  
cat.*

*Quando uerò sexaginta, posse uersiones Solis,  
Hyberus perfecrit Iupiter dies. tunc sanè stella  
Arcturus, relinquens sacrum fluxum Oceani  
Primum totus lucens, exoricur uespertinus.*

*Posse bunc mane lugens Pandionis prorumpit bi-  
runda*

*Ad lucem hominibus, uere recens insunte.*

*Hanc præueniens, uites incidit. sic enim melius.*

*Sed quando domiporta à terra arbores concende-  
rit*

*Pleiades fugiens, tunc sanè fossio non amplius uici-  
um,*

*Sed & falces acuiso, & famulos excicato.*

*Fuge*

Fuge uerò umbrosas tabernas, & ad aurorā lectum,  
Tempore mesis, quando & Sol corpus exiccat.

Tunc festina, & domum fructum congrega.

Mane surgens, ut tibi uictus sufficiens sit

Nam aurora operis tertiam fortitur partem.

Aurora tibi promouet quidem iter, promouet uero  
& opus.

Aurora, que cum apparuerit multos ingredi fecis  
uiam

Homines, multis uero iuga bobus iniicit,

Quando uero & carduus floret, & canora cicada

Arbori insidens stridulum effundit cantum

Crebro sub alis aestatis laboriosae tempore,

Tunc pinguisimae & caprae, & uinum optimum

Lasciuissimae uero mulieres, debiliissimi uero uiri

Sunt, nam caput & genua Sirius exiccat,

Siccum uero corpus ab austu uerum tunc iam

Sit petricosa & umbra, & Biblinum uinum,

Mazaq, lactaria siue colostrum, lacq, caprarum non  
amplius lactantium.

Et bouis arboriuorae caro, nondum enixa,

Primogenitorum & hæderū. præterea uero nigrum  
bibito uinum,

In umbra sedens, saturatum cor edulio,

Contra lepicer spirancem uencum uortens faci-

gm,

*Foncemq; semper fluencem & deorsum fluētem, qui  
illimis sit,*

*Tertiam partem aqua infundito, quartam uero im-  
mictico uini.*

*Famulis uero impera, Cereris sacrum munus  
Vercere, quando sanè primum apparuerit robur Ori-  
onis,*

*Loco in uenso, & bene planata in area.*

*Mensura uero diligenter recondito in uasis. Ceterū  
postquam sane*

*Omnem uictum deposueris aptum intra domum,  
Seruum domo carentem conducere, & sine liberis  
ancillam*

*Inquirere iubeo. difficilis liberos habens ministra.*

*Et canem dentibus asperum nutrito ( ne parcas ci-  
bo )*

*Ne forte tibi interdiu dormiens uir opes auferat.*

*Fænum uero importato & paleas, ut tibi sit*

*Bobus & mulis annum pabulum. Ceterum deinde*

*Famulos refocilla chara genua, et binos boues solue.*

*Quando sane Orion & Sirius in medium uenerit  
Cælum, Arcturum uero inspexerit rosis digitis pra-  
dita Aurora,*

**47.** *O Persa tunc omnes decerpe domum uuas,*

*Exponito uero Soli decem dies & decem noctes,*

*Quinq; uero adumbrato, sexto uero in uasa baurito,*

*Dona*

Dona Bacchilatitiae datoris. Ceterum postquam sanè  
 Pleiadesq; Hyadesq;, & robur Orionis  
 Occiderint, tunc deinde arationis memor fis  
 Tempestiuæ. Annus uero per terram aptus fit.

Si uero te nauigationis periculoſæ defyderium cœ  
 perit,

Quando sanè Pleiades uim ualidam Orionis  
 Fugientes occidunt in cœruleum poncum,  
 Tunc sanè uariorum uentorum strident flabra  
 Et tunc nō amplius naues concineto in nigro ponto,  
 Terram uero laborare memor, ut te iubeo.  
 Nauem uero ad continentem subducito, munoq; la  
 pidibus

Vndiq; ut prohibeāt uentorū uim humidè flantium,  
 Sentinam exauriens, ut non putrefaciat Iouis im-  
 ber.

Instrumenta uero apta omnia tua repone in domo,  
 Concinne aptans nauis alas marinagæ  
 Clavum uero bene fabricatū super fumum suspende,  
 Ipse uero tempestuam expedita nauigationem donec  
 uenerit,

Et tunc nauem uelocem in mare trahito. in uero &  
 onus

Amplum reponito, ut domum lucrum reportes.

Quemadmodum meusq; pater, & tuus, ualde stolidus  
 Persa,

*Nauigabat nauibus, uictus indigus boni.*

*Qui olim & buc uenit, magnum mare emensus,  
Cuma Ælide relicta, in naui nigra.*

**48.** *Non reditus fugiens, neq<sup>z</sup> diuicias & facultates,  
Sed malam paupertatem quam Iupiter hominibus  
tribuit.*

*Habitauit uerò prope Heliconem, misero in uico  
Ascra hyeme mala, aestate molesta, nunquam bona.  
Tu uerò ô Persa operum memor esto  
Tempestiuorum omnium, de nauigatione uerò ma-  
xime.*

*Nauem paruam laudato<sup>r</sup>, magna uerò onera impo-  
nito.*

*Maius quidem onus, maius uerò ad lucrum lucrum  
Erit, si modo uenti malos arceant fatus.*

*Quando ad mercaturam uerteris stultum animum,  
Velis uerò & debita effugere, & famem iniucun-  
dam,*

*Ostendam uerò tibi modum multisoni maris,  
Et si nunquam nauigationis periculus, neq<sup>z</sup> uacuum,  
(Nunquam enim nauis proiectus sum per spatiostum  
mare,*

*Nisi in Eubeam ex Aulide ubi olim Graci  
Expectantes tempestatem, copiosum congregarunt  
exercitum*

*Gracia è sacra ad Troiā pulchras mulieres habentē,  
Vbi*

*Vbi ego ad certamina prudentis Amphidamantis  
Chalcidemq; traieci, promulgata uero multa  
Præmia proposuerunt filij magnanimi, ibi me asse-  
ro*

*Carmine auctorem, deportasse tripodem auritum,  
Quem ego Musis Heliconiadibus suspēdi, dedicaui.  
Ibi me primum argutum aggredi fecerunt cantum  
Tantum sanè narium expertus sum multos clausos  
habentium)*

*Sed & sic dico Iouis mentem à capra nutriti,  
Musæ enim me docuerunt diuinum carmen canere.*

*Dies quinquaginta post uersiones Solis, 49.  
Ad finem uenientem æstatis laborioso tempore.*

*Tempestiuæ est mortalibus nauigatio, neq; nauem*

*Frēgeris, neq; homines perdiderit mare,*

*Si non prouidius Neptunus terræ motor,*

*Aut Iupiter immortalium rex uelit perdere.*

*In his enim finis est pariter bonorumq; malorumq;.*

*Tunc uero faciles auræ, & mare innocuum,*

*Tranquillum. tunc nauem uelocem, uenüs fretus,*

*Trahito in mare, onus uero bene omne ponito.*

*Festina uero quam celerrime iterum domum redire.*

*Neque uero expectato uinumq; nouum, & autumna  
lem imbrem,*

*Et hyemem accedentem, Notiq; molestos flatus,*

*Qui concitat mare, securus cælestem imbre,*

Mulcum autumnalem, difficileq; mare reddit.

Alia uero uerna est nauigatio hominibus.

Quando sanè primum, quantum ingressa cornix

Vestigium fecit, tamen folia homini appareant

In fico summa, cum peruum est mare.

Vernalis uero hæc est nauigatio. nō ipsam ego sanè

Commendo, non enim meo animo grata est,

Rapax, difficiliter effugies malum. attamen & ea

Homines faciunt, stultitia meneis,

Pecuniae enim anima est miseris mortalibus.

Miserum uero est mori in fluctibus. sed te iubeo

Considerare hæc omnia in animo, ut te doceo.

50. Neq; intra naues omnem substātiā cūas impone.

Sed plura relinque, pauciora uero imponito

Miserum enim, maris in fluctibus periculum subire

Miserum etiam, si super currum prægrande onus imponens

Axem fregeris, onera uero intereant.

Modum seruato. opportunitas uero in omnibus optima.

Tempestiuè uero uxorem tuam ad domum ducito,

Neq; triginta annis ualde multum deficiens,

Neq; adjiciens ualde mulcum. nuptiæ enim tempesti uè hæc.

Mulier uero quarto supra decimum pubescat, quinto uero nubat.

Virginem

*Virginem uero ducito, ut mores honestos doceas.  
Hanc potissimum ducito, quæ te propè habitat.  
Omnia ualde circumspiciens, ne uiciniis ludibriadas.*

*Neq; enim muliere uir possidet melius  
Bona rursus uero mala, non durius quicquam,  
Comessatrice. quæ uirum etiam fortem existentem,  
Urit absq; face, & crudæ senectæ tradit.  
Bene uero aspectum immortalium Deorum obser-  
uato.*

*Neq; fratri æqualem facito amicum.  
Quod si feceris, ne ipsum prior malo afficias,  
Neq; mentiaris linguae gratiam. quod si incœperis,  
Aut uerbum locutus iniucundum, aut faciens,  
Bis tamen puniri memineris. Quod si rursus  
Redeat ad amicitiam, pœnam uero uelit præbere,  
Suscipito. (Miser enim uir, amicum alias alium  
Facit) te uero ne quid animo redarguat uultus.  
Ne uero multorum hospes, ne'ue nullius hospes uo- §1.  
ceris.*

*Neq; malorum socius, neq; bonorum conuictor.  
Nunquam perniciosa paupertatem animum cor-  
rumpentem homini  
Sustineas exprobrare, beatorum donum semper exi-  
stentium.  
Lingue certè thesaurus inter homines optimus,*

Parce plurima uerò gratia secundū modum euntis.

Si uerò malum dixeris, forsan & ipse maius audies.

Neq; publici conuiuij grauis accessor esto.

Ex publico maxima gratia, sumptusq; minimus.

Nunquam ab aurora Iou libato nigrum uinum.

Manibus illotis, neq; alijs Dijs.

Neq; enim illi exaudiunt, respicunt uerò preces,

Neq; contra Solem uersus erectus meijco.

Cæterum postquā occiderit memor usq; ad Orientē.

Neq; in uia, neq; extra uiam eundo mingas,

Neq; denudatus (beatorum Janè noctes sunt)

Sedens uerò diuinus uir prudentia doctus,

Aut hic ad murum accedens bene septæ caulae.

Neq; uerò pudenda semine inquinatus intra domū,

Focum iuxta reuelato, sed evitaō.

Neq; ab informi sepulchro regressus,

Seminato progeniem, sed immortalium conuiuio.

Nunquam perennium fluuorum pulchre fluentem aquam

Pedibus transito, priusquam oraueris intuitus in pulchra fluenta,

Manibus lotus amæna aqua lympida.

Qui fluuiū transferit, prauitate uerò manus illotus,

Huic dij succensent, & dolores dant in posterum.

52. Ne uerò à quintuplici ramo Deorum in conuiuio celebri,

Siccum à uiridi secato candenti ferro.

Nunquam patinam libatoriam pone craterem super Bibentium, perniciosum enim in eo fatum situm est.

Neq; domum faciens, impolitam relinquas.

Ne forte insidens crociter garrula cornix.

Neq; à pedatis ollis nondum initiatis rapiens

Edito, neq; lauato, nam & in his inest pæna.

Nec super immobilia sedere facito (nō enim bonum es)

Puerum duodecim annorum, quoniam uirum imbellem reddit.

Neq; duodecim mensium, æquale & hoc existit.

Neq; muliebri balneo corpus abluito

Vir, grauis enim ad tempus es & in hoc

Pæna. neq; ad sacrificia intensa incidens,

Reprehende arcana. Deus nam & hæc indignè fert.

Nunquam in ostijs fluuiorum in mare fluentium,

Neq; in fontium meijto, ualde enim euitato.

Neq; cacato, hoc enim nequaquam melius est.

Sic facito, grauem uerò mortalium euitato famam.

Fama enim mala es, leuis quidem leuatu

Facilis ualde, difficilis uerò portatu, molesta uerò depositu.

Fama uerò nulla omnino perit, quam quidem multi

Populi diuulgant, Dea enim est & ipsa.

53. **D**I E S uerò è Ioue custodiens bene secundum sortem

*Præcipe famulis, tredecimam mensis optimam  
Et opera inspicienda, atq; dimensum diuidendum,  
Quando utique ueritatem populi iudicantes adminis-  
trant.*

*Hæ enim dies sunt Ioue à prudente.*

*Primum nouilunium, quartaq;, & septima dies sa-  
cra.*

*Hac enim Apollinem aureum ensem gestantem ge-  
nuit Latona.*

*Ostauaq;, nonaq;, ambæ quidem dies mensis  
Excellenter crescentis, mortalia opera ad curan-  
dum.*

*Vndecima uero duodecimaq;, ambæ quidem bonæ:  
Hæc quidem, ouibus tondendis, illa uerò lacris frugi-  
bus metendis.*

*Duodecima uero undecima ualde melior.*

*Hac enim nec filia in aere pendens aranea*

*Die expleta, quando & formica prudens cumulum  
colligit.*

*Hac uerò telam statuat mulier, proponatq; opus*

*Mensis uerò ineuntis tredecimam euitato,*

*Sementē incipere, plantis uerò inferendis optima est.*

*Sexta*

Sexta uero media ualde incommoda est planis,  
 Viriparaq; bona, puellæ uero non utilis est,  
 Neq; gignendæ primum, neq; nupcij tradendæ.  
 Nec prima quidem sexta puellæ gignendæ  
 Aptæ, sed bœdis castrandus, & gregibus ouium, 54.  
 Stabuloq; circumsepiendo ouili mansueta dies.  
 Bona uero viripara, amat uero conuitia loqui,  
 Mendaciaq;, blandosq; sermones, & occulta collo-  
 quia.

Mensis uero octaua caprum, & bouem mugientem  
 Castrato, mulos uero duodecima patientes laboris.  
 Vicefima uero in magna plena die prudentē virum  
 Generato: ualde enim animo prudens est.  
 Bona uero viripara decima, puellæ uero & quarta  
 Media. hac uero & oues, & curuantes pedes tortiles  
 boues.

& canem asperis dentibus, & mulos laboriosos  
 Cicurato sub manum ponens. cautus esto uero animo  
 Quartam ut euices desinentisq; & inchoancis,  
 Doloribus animum excruciare, ualde enim perfecta  
 dies.

In quarta uero mensis ducito ad domum uxorem,  
 Observans auguria, quæ ad rem hanc optima sunt.  
 Quintas uero euitato, nam et difficiles & duræ sunt.  
 In quinta enim aiunt furias circumire (periuris.  
 Periurium ulciscentes, quod concencio peperit malū

*Media uerò septima Cereris sacrum munus,  
Valde bene inspiciens bene æquata in area  
Ventilato. & lignicidas secato cubicularia ligna,  
Naualiaq, ligna multa, quæ & apta nauibus sunt.*

*Quarta uerò incipito naues compingere exiles  
Nona autem media pomeridiana melior dies,  
Prima uerò nona omnino innoxia hominibus,*

**55.** *Bona quidem est, & ad plantandū & ad gignendū  
Viroq, & mulieri, & nunquam ualde mala dies.  
Pauci uerò rursus sciunt certiā nonā mensis optimā,  
Et aperire dolium, & sub iugum collum ponere  
Bobus & mulis & equis uelocibus.*

*Nauem multa transtra babentē uelocem in nigrum  
mare*

*Trabito, pauci uerò & uera sciunt.*

*Quarta uerò aperi doliū (præ omnibus sacra dies est)*

*Media. pauci uerò rursus post uigesimam mensis optima-*

*Aurora existente, Pomeridiana uerò est deterior.*

*Haec quidē dies sunt terrestribus magna cōmoditas,*

*Aliæ uerò ancipites, sine force, nihil conference.*

*Alius uerò aliam laudat, pauci uerò sciunt.*

*Interdum nouerca est dies, interdum mater.*

*Harum beatusq, & felix, qui ista omnia*

*Sciens, laborat in culpabilis immortalibus,*

*Cuguria obseruans, & transgressiones uitare.*

# IN HESIODI OPERA ET DIES E- NARRATIONES PHI- LIPPI MELANCTHONIS,



ONTINE T inuocationem, quæcum 23.  
laude Iouis coniuncta est. Precatur e-  
nim Musas ut Iouem celebrent, ne sta-  
tim in initio parum religiosè Iouem com-  
pellare uideretur. Postea, tanquam placatum iam  
laudibus Musarum & ipsum inuocat, precaturq; ut  
respiciat res humanas, & det mentem meliorem fra-  
tri. Et familiare est poetis inuocationi Encomiū adij-  
cere, quemadmodum Verg:

*Tuq; adeo quem mox quem sit habitura Deorū.*

*Muse à Graco uerbo Μάσας dictæ sunt, quod  
propriè inquirere est, dichten, Deinde per prosopo-  
peiam Deam quandam significat.*

*Θεο] nota est ad uerbiorum de loco.*

*Δία] expletiua est.*

*Τυμείσσα] Id est celebrantes, est actiuæ signifi-  
cationis, quanquam aliqui neutraliter exponat, quæ  
estis celebres, aut inclytæ. Græci uerò actiuè expo-  
nunt. Utitur Hesiodus & alibi in Theogonia, &  
Homer. in Hymnis.*

Orte δὲ Βερτοὶ.] Repetitio est, constans distri-  
bucione rhetorica. Numerat enim pias quas dāsen-  
tentias de Deo, quae præterquam quod natura insita  
sunt sanis hominibus, tamen poetæ retinuerunt bone-  
stos ueterū sermones, quos dubio procul, à filijs Noe  
& alijs patribus acceperunt, licet religionem & mo-  
res non item seruauerint. Et constat Hesiódum ex  
uetustissimis fuisse, quo tempore nondum à Philosophis  
hæ Patrum sententiæ fuerant depravatae. Iam  
quid de Deo potius sanctius dici, quam quod hoc loco  
dictum est ab Hesiodo? etiam si uim religionis non  
nouerat. Sic enim & nos in Canticō: *Deposituit po-*  
*tentes de sede, & exaltauit humiles. Et Aësopus, cū*  
*rogaretur quid ageret Deus. Sublimes, inquit, detru-*  
*dit, & humiles eleuat. Atq; hoc Deo proprium est,*  
*neq; enim potest pati superbos φαντάζεσθαι et omnia*  
*prælibidine agere.*

Ἐκπτι] aduerbium ab ἔκπτω uolens.

Φατός καὶ ρητός.] differunt perinde ut Latinis lo-  
quor & dico. Est enim φατός de quo magna fama  
est.

Pæ est scandēdum propria. Nā breuis absorbet  
longam. Sic dixit Virgilius aluaria pro alucaria.

Αείζηλον] eum uocat qui dignus est æmulatione  
atq; imitatione.

Καρφεῖ] Elegans metaphora est in hoc uerbo,  
quod

quod ἔνταί νει, id est, desiccatur significat, τὸ καρφόθη, siccum, a refactum, τὸ fissum lignū, ein span. Hac uoce poeta subicam ruinam elatæ mentis indicat.

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης κλύθι.] Αποστροφὴ est ad Iōnē, qua precatur, ut se iuuet in Perse docendo. Sunt enim duæ precatio[n]es in hoc exordio, quarum prior ad Musas, posterior ad Iouem instituta est.

Θέμιστες.] præcepta sunt de moribus.

Ἐγὼ δὲ καὶ Πέρση.] Propositio est. Ego Persa consulam optima. Iam των potentialis particula ad μυθοσάμψιων referenda est, quasi dicat. Tum uera dixero fratri meo, ubi tu leges gubernaueris Iuppiter, τὸ adfueris mibi præscribenti præcepta de moribus.

Ἐπίτυμα.] pro ἐπίτυμα posuit, certa. significat enim ἐπίτυμον certum quiddam, inde ἐπίτυμολογία, qua docet quid quævis uox certò significet.

Οὐκ ἀπα μῆνον ἔλευ. ] Narratio. Orditur à generali sententia ad specialem per distributionem, τὸ commemorat duplēm esse rationem rei familiaris augēdæ, alteram honestam, cùm labore, industria τὸ diligentia rem facimus: alteram turpem, cùm per iniuriam τὸ scelus cumulantur opes. Et quia in omni oratione ex aliqua occasione, ex facto aliquo, narrationes trahuntur, Hesiodo etiam occasionem præbuere fratris iniuria. Itaq; à litibus orditur. Sed

ut gratiorem faciat orationem, non dicit simpliciter alios per iniuriam ac lites querere pecuniā, alios industria ac labore, sed nomen litis transtulit etiā per metaphoram ad honestam artem, & duplē contentionem esse dicit, alteram uituperandā, alteram dignā laude, ubi aliquis contendat cū alijs industria.

Hac Paronomasia multò uenustiore orationem facit. Sæpe enim ad uicinas uirtutes nomina uictorū transferimus, aut è contra, ut cùm pro sordido frugalem dicimus, pro prodigo liberalem, &c. Submonet aut̄ hoc poeta nos in omni generis laboris, non tantū aliorum exemplis accendi, sed etiam iuuari: Ideoq; hanc contentionem tan copere probat. Quia si solus aliquid agas, erit infelix labor, frequentia aut̄ iuuat. Sicut si quis solus pingat, nunquam efficere tantum poterit, quantum efficeret, si aliorum exemplis adiuuaretur. Inde nata sunt ista, Vnus uir nullus uir. Et illud apud Homerum Iliad. x.

Συύτε δύ' ερχομένω, &c.

Et Cicero scribit discendo οὐζήτων uel primas partes tenere, hoc est, habere aliquem qui cum conferas de quibus rebus uelis, & uersari in quadam frequenter discentium, ubi à multis de varijs rebus admonexi possis. Sicut Ouidius ait de Ponto:

Scilicet ingenij aliqua est concordia iunctis,  
Et seruat studij foedera quisq; sui,

Vtq;

Vtq; meis numeris tua dat facundia nerois,  
Sic credit à nobis in tua verba nitor.

Ωντς τλύγε φιλεῖ βερτός.] Sencit fato quo-  
dam concitari homines ad hoc genus contentionum.  
Nemo enim est qui amat iniustitiam: licet & ratio  
reclameat, tamen sequimur. Viderunt nimirum pru-  
dētes uiri quid esset in natura hominis. Quare et Pla-  
to recte iudicauit, cum ait, rationem aurigam esse, e-  
quos esse affectus qui et currum et aurigam rapiū.

Νυξ ἐρεβενη.] Per nocte incomprehensibilem  
quandam acernitatem rerum intelligit.

Απάλαμον.] inertem significat, quasi dicas sine 24.  
manu, aut qui manus nulli operi admouet. παλάμη  
enim manum & opus ipsum apud Græcos significat.

Ω Πέρον σύ δὲ τῶν ταῦτα τῷ.] Subiecit exhorta-  
tionem. Ergo tu amplectore contentionem honestio-  
rem, non illam turpem. Est uero magna simplicitas,  
magna suauitas huius loci, & sic finis est honestæ cō-  
tentionis, nunc turpem describit. Et quia malum con-  
tentionis: genus est, et turpe alteri inuidere, omnibus  
modis fugiendum esse monet, addita debortatione, ne  
in mentem quidem ueniat fratri uelle in foro rixari,  
& malis artibus dite scere. Ratio est quod infeliciter  
uersatur circa contentiones forenses, cui singulis tem-  
poribus sui prouentus non adfuerint. nam hoc ὥραι-  
os significat,

**T**ū *κεκορεσάμενος* Ἐγείρεα.] *Concessio Ironicae.* Quando ditatus es et abundas iam refamiliari, nec animus à malo reuocari potest, age per melicebit litiges quām diu uoles. Et quanquam melius est litigare quām rapere, tamen mecum litigare nō poteris, cū de meo nihil amplius rapere possis, et res iam sit transacta.

**A**īt' cū Δί<sup>ο</sup>ς εἰσὶν ἀρισταῖ.] Ica enim scripserrunt sapientes uiri, esse animis nostris innatam rationem æqui et boni.

**Δωρεφάγοις.**] *Doniuoros.* elegans epitheton est. Uocat autem reges prefectos singularum urbium, quemadmodum et Homerus. Quod autem munera facile quāuis expugnent, etiam Ouidius sensisse uidetur, dum ait:

*Munera credem mihi placat hominesq; Deosq;*  
*Placatur donis Iuppiter ipse datis.*

**N**ύποι ὑδὲ ιστοιν δσω πλέον ἡμουν πατρος.] *Epiphonema* est superioris sententiae. Nam cum rex prebendisset fratri avaritiam et rapacitatem, adiicit exclamationem, *O stultos mortales, qui nesciunt satius esse modicas facultates iure parcas habendas,* quām magnas opes scelere et iniuriis quesitas. Et generaliter mediocritatem nobis commendauit bos Epiphonemate. Soler autem Hesiodus apologetis, enigmatis, allegorijs, et huiusmodi alijs figuris præreliquis

liquis poetis libenter uti, quia figuratè dicta acrius feriunt aures atque animum. Ideo & hic figurata me diocritatem laudat, cum ait: *Dimidium plus esse totum, cum nihil aliud, auctore Platone in Gorgia, & in lib. de Repub. dicere uelit, quam mediocritatem conservandam esse.* Ut, si quis dicat: *Satius esse dimidio cibi uti, quam immodico cibo onerare stomachū.* Sic satius est dimidium facultatum habere, quam ingentes opes, qua sine periculo recineri non possunt. Sic in moribus satius est esse cunctantiorē & timidiorē, quam esse supra modum audacem. Ad hunc modum de mediocritate præcipit & Horatius,

*Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines.*

*Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.*

Sic Hesiodus hoc loco totum uocat id quod est super vacaneum & superfluum, dimidium uocat mediocritatem. Et hanc quidem sententiam confirmat etiam sequens uersus qui planè œconomicus est. Monet enim modicis facultibus scirene & cū ratione quādam uendum esse. Ita futurum esse, ut in angusta re familiari commodius uiuas, quam alij in magnis o- pibus, quorum pleriq; ſunt obērati, aut fōrdidi, denique qui ſuis fortunis ipſi minime omnium fruuntur. Itaq; & Vergilius ait:

— *Laudato ingenti arura,*

*Exiguum colito.* —

*Et de quodam tenuisene, qui tamen diligenter colebat suum hortulum, ait : Regum æquabat opes animalium. Sed hoc Hesiodi præceptum latè patet, Paruas & humiles res præstare magnis. Sic præstat uita trā quilla priuatorum regum uitæ, sicut ille dicit :*

*Gaudentem paruisq; sodalibus, et lare certo.*

*Sæpe contemptæ res plus utilitatis adferunt, quam ea quæ plurimi fiunt, ut Grammatica.*

*Ἐν μαλάχῃ.] Numerant Maluam inter saluberrimas herbas, et inter eas quæ principatum in medicina ueteri habuerunt: facit enim aluum bonam, et utiliter humectat. Plin. ait, aduersus omnes morbos præfidium esse, si quis quotidie dimidium Cyathum ex ea sorbeat. A molliendo nomen habet, pappel. Asphodelo in cibis usi sunt et ueteres cū uicis, sed nūc tantum eius in medicina usus est, ad scabiem cū primis utilis. Latini albucū & hastulam uocant, goldwurzel. Gellius fere hic præter rem torquet.*

*Κρύπτατες γδ ἔχοι θεοὶ βίον αὐθωποῖσι.] Prusquam tradat præcepta, longam narrationem hic inseruit, in qua caussam exponit, cur difficultius sit ut etiū parare hoc tempore quam antea. Et longā quan dam fabulam fingit, Iouē iratū misisse in terras Pandoram, quæcum id mali, tum omnes alias ærumnas secum attulerit. Est autem Pandora uoluptas. Luxuria enim multis reb. opus habet, augerq; quotidie sumptus.*

*sumptus. Neq; id modò adfert incommodi, sed etiam  
omnis generis morbos gignit.* Sicut Horatius ait:

— *Vides ut pallidus omnis*

*Cœna defurgat dubia cum corpus onustum, &c.*

M. Cicero in 5. lib. Tuscul. questio. docet, Prometheus magnum quendam virum fuisse, in sapientiae studio versatum, item abditas & arcanas res in natura hominibus ostendisse. Hinc intelligi fabula potest, Iouem iratum ignem abdidisse. Veritas enim latet, seu ut scribit Cic. Democritum dixisse, penitus abstrusa est in natura. Sed cū ostendisset Prometheus hominibus recta & honesta, tamen misit Iuppiter Pandorā, hoc est, uoluptatem, quæ non sinit nos recta, etiā quæ iam cognouimus, sequi. Ut apud Ouid. in Medea:

— *Video meliora prohoq;*

*Deteriora sequor.* —

Nomen Prometheus significat deliberantē ante factum. Epimetheus deliberantem post factum. Itaque Prometheus uerat recipere uoluptatē, hoc est, uel sapiens aliquis monitor, uel ipsa ratio. Epimetheus uero, hoc est, stultus, seu sensus non auscultans rationi, non obtemperat monitis, itaq; noxiā uoluptatē incensus recipit, sed serò recepisse pœnitit. Est enim exuentus stulorum magister. Et quemadmodum iulus pescator sapit, sic nos serò uidemus, quantum malis his attulerint uoluptates. Sicut & Horacius monet,

Sperne uoluptates, nocet empta dolore voluptas.  
 Est autem & forma narrationis obseruanda, quæ quidem & fusior est, & ualde molles uerficulos habet, ordine exponens, primum, Promethea ignem futatum esse. Deinde Pandoram factam, & in eo opificio longius commoratur. Tertio missam esse Pandoram in has sedes. Quarto receptam ab Epimelbo. Quinto numerat mala quæ secum attulit. Porro, ut hoc quoque obicer admoneam, non est semper in fabulis ratio querenda, sed satis sit aliquousque deprebendisse quid significare Poeta uoluerit. Nam sicut in pictura rationes non semper sunt querendæ cur arborum sic pinxerit, cum aliquis montem pingere potuerit. Ita nec in expositionibus fabularum ad amissim omnia sunt rimanda. Quod autem spes remansit in pixide significat neminem tam desperatis rebus esse, quin aliquando speret. Vnde etiam proverbiu[m], Aegroto dum uiuit spes est. Nam quantumuis sint durares, tamen spe leuatur animus. Vnde homines natu durum genus. Nam nulla est bestia qua tantum perpetiatur quantum homo. Euripides uenustissime dixit, οἰςέσαντας ἀπίστοις, id est, ferendum est sperandum.

Pnid'iwç γαρ χει. ] Ad mores communes pertinet hoc, & respicit illuc quod uulgo dici solet. Quondam facile uictus parabatur, olim erant modesti.

Nam

**Nam credo poetam uoluisse significare cupiditatib.  
Et uicijs difficultorem uiuendi rationem factam esse.**

**Αγκυλοφύτης.]** qui uafer & astucus est, quod a<sup>2</sup> 25.  
stuti obliqua consilia inueniant, & non meditentur  
uulgaris ratione. **ἄγκυλον** enim quod curuum & obli-  
quum est significat.

**Εὸν καὶ οὐ διφερεῖταις.]** Ita ferè nobiscum  
agitur, atque ea est conditio rerum humanarum. O-  
mnes errore tenemur atq; illo delectamur. Ita sumus  
stulti, ut illæ ipse cupiditates quæ omnis generis ma-  
la secum trahunt, nos delectent.

**Ηφαίστον δὲ εὐλόγος.]** Distributio est, ut oratio  
fiat copiosior, enumerat enim quomodo Pandora sic  
condita, & quomodo singuli Di in hanc mulierem  
aliquid contulerint. Et significat poeta non unum es-  
se genus uoluptatis, quemadmodum ille ait: Nemo  
repente fuit turpissimus, Accipient et paulatim.

**Πόθον.]** desiderium uebemens, id est, ut ametur  
uebementer.

**Γυνόδερος.]** Ad satietatem usq; arrodentes mem-  
bra, deducunt à γυναι & κόρῃ. Poterit autem hic  
locus copia exemplo esse cum sit simplex quadam u-  
bercas in hoc carmine, & oratio per gradus quosdam  
ascendat.

**Ἐρμέίνων γε.]** Mercurium finxerunt nun-  
cium Deorum, quòd eius motus sit maxime admira-

bilis, & quod eius variatio sit in genitivis.

Erdē Σέμη χωίσον τε νόον.] Impudentiam intelligit. Sic enim uidetur in hominibus cooperatis & obrutis voluptatib. quos nihil pudet. Nulla sunt flagitia tanta que non impunè ipsis licere arbitrantur. Neminem metunt, neq; Deos neq; homines, non fas non pietatem ullam curant. Leges verò, ad quas omnes ex aequo uiuere par est, nō pluris faciunt quam muscam elephantia Iudicat. In summa, caninam impudentiam retinens, non ullam honestatem spectant. Hanc impudentiam apud Homer. in primo Iliad. ex probat Agamemnoni Achilles dum dicit:

Οὐοθαρὲς, κυνὸς ὄμηρος ἔχει, πρᾶτον δὲ λαφύρι

26. Kai πάτηται τείσω.) Eloquenter Deus est, quā Graci peculiari tēpla & ceremonijs celebunt. Horat. Et bene nummācum decorat Serdela Veniūq.

Δῆρει εἰδώραστη τῆτο. πλέοντι καλοφήσησι. Αλφίσας, indagatores asponēt, sed id accipionium est in malam partem procuriosis, quia sic finit hominum num ingenia, ut prijencia fisiūdiant, supinēt. adfectent alia. Sicut & pīces αλφίς assoctūt, quād statim adnacare solent, si quid abioceris in pīcīnam. Rorū grauiissime ista curiositas reprehenditur apud Horatium Epist. lib. 1. .10

Opere ephippiis bōs pīger, opere vīdra capellus.  
Ecce apud Marcianam

Quod

Quod sis esse uelis nihilá malis.

Aὐταρ ἐπεὶ δέλον αἴπου ἀμύχασον.] Mitetur iam Pandora ad Epimetheum & recipitur. Sunt enim affectus nostri inexpugnabiles, ita ut iure illam possis forcem virum uocare, qui uoluptatem superet. An non uidemus maxima bella propter priuatos affectus nasci? Ut de zec morborum generibus interim fileam, quos latenter interdiu & noctu sua sponte dicit irrepere. Est autem elegans prosopopeia, qua fingit morbos obambulare tanquam animātia.

Oὐτος γά τι πτερον.] Epiphonemate claudit sententiā: 270

Eἰδ’ ἐθέλεις ἔτερόν τι ἔγω ] Posteaquam hunc locum absoluuit, cur tota hominum uita nunc calamitosior sit, atq; olim fuit, ætates iam fingit. Neq; aliud, hoc commento significat, quam & naturam & mores subinde deteriores fieri. Sicut & Verg.

— Sic omnia fatig

In peius ruere & retro sublapsa referri.

Porrò, quia hanc descriptionem ætatum Latinæ poetæ imitati sunt, prōderit hic obseruare, quomodo sententias Hesiodi expresserint. Nam ea collatio docebit nos, quomodo aut breves sententiæ copioſus illustrandæ sint, aut longiores sententiæ breuerer & significanter efferendæ. Hesiodus uno uersu dixit liberos uixisse, id Ouid. amplificauit ex causis, quia si ne legibus, sine iudicijs recte uiuebant. Sic enim ait:

Pœna metusq; aberant, nec uerba minantia fixo  
Ære ligabantur, nec supplex turba timebat.  
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tui.

*Et Vergil. 7. Aeneid.*

Saturni gentem baud uinclo nec legibus æquam  
Sponte sua ueterisq; Dei, &c. —

Irem quod ait Hesiodus terram ultro fructum pro-  
duxisse copiosum, id quoq; pluribus uersibus amplifi-  
cavit Ouidius ex circumstantijs.

Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec ullis  
Saucia uomeribus per se dabit omnia tellus.

Elegans metaphoræ est in uerbo σύκορυφόσ. signi-  
ficat enim κορυφώ accumulo, σύκορυφώ tāquam  
à summa uertice repetet, oben anheben.

[Θαλίητι.] Εορτᾶς exponunt. Vocant enim Θα-  
λίας sacras epulas δέπο τῆ θάλλειν, id est florere. Est  
autem non uulgare tranquillitatis & pacis Encomi-  
um quod dicit in conuiuijs delectatos fuisse sine omni-  
bus malis, & suauiter omnibus conuixisse.

Toù μὲν δάιμονες εἰσὶ Διὸς.] Quidam dicunt  
Homerum ita Deum factum, & diu uersatum fuis-  
se inter homines. Et recte Cic. 2. de leg. libro scripsit:  
Cum omnium animi sint immortales tum fortium  
ac bonorum esse diuinos.

28. Η Θέμις αὐθρώποισι κατ' ἡθα.] Veluti dicas  
iuxta proverbium, νόμος καὶ χείρα, uel, sicut consue-  
tum

cum est singulis. Sunt enim alij aliarum gentium mores. Et ñ̄Dæ, non mores tantū, sed loca etiam in quibus consueuimus significat, ut apud Homerū in fine Iliad. 2. & Iliad. 1. ubi de a pro loquitur.

η particula posita est a ñ̄n τῷ καθώς.

Zēt̄ Kερύδης ἔκρυψε.] Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos esse. Et securis hominibus timorem incutere debet, quod semper graues dederint pœnas impietatis, qui non solum irreuerenter de Deo senserunt, uerum etiam debito honore defraudarunt.

Ex uelidās.] Fingit natos ex arboribus, ut significet duriciem & feritatem animorum, quia soboles imitatur naturam eorum à quibus procreata est, ut Vergil. testatur,

Sic canibus catulos similes, sic fratribus hædos.  
Ideo & Dido, cum Aeneæ immanitatem tribueret,  
negat à Dijs ortum esse, sed ait:

— Duris genuit te in cautibus borrens

Caucasus, Hyrcanæq; admirūt ubera Tygres.

Oὐδέ τι σῖτον λόδιον.] Non ederunt frumentū, sed primi pecudes laniarunt, & carne uesci cæperūt, quod antea magnum nefas est credicūt. Sic enim de bove aratore ait Varro. Ab hoc antiqui manus ita abstineri uoluerunt, ut capite sancierint si quis occidet. Et apud Homerum, cum socij Ulyssis boves

*Solis mactasse dicuntur, intelligi debent boues aratores, quos uiolare impietas erat.*

**Aληθέματα τύχον.]** Pulchra descriptio uitrium corporis est, & uolebat significare mirabilem duritatem in illorum animis fuisse, quod à ciuilibus discordijs, quæ florentissimas Respublicas euertere solent, impias manus non cohibuerint.

**29.** **Αὐτὰρ ἐπεὶ νὴ τῷ τέτο.]** Iam ante dictum est hoc consilio etatam differentias recenseri, ut describeret poeta quomodo uitia hominum aucta sint. Adiecit autem tertiae etati Heroicam etatem quando Hercules, Iason & alij Argonautæ uixerunt, qui propterea Heroes & semidei dicebantur, quod naturæ communis hominum nonnihil præstabant. Et Aristoteles scite uocauit heroicam uirtutem, imperium quendam peculiarem in homine, supra communem hominum capum, sicut in Cicerone maior uis dicendi fuit quam vulgus caperet. Et in Hectore maior fortitudo quam in reliquo vulgus caderet.

**Πολεμός τοι χακός.]** Aperrissimum belli epitheton est. Nam si Ciceroni credimus, Iniquissima etiam pax iustissimo bello præferenda est.

**Τάξις μὲν ἵψεπτα πυλών.]** Heroica actas concinet Argonautas, & res gestas ad Theben, & Trojanam historiam. Posteriora tantum tempora recenset. Vide de Thebano argumento Statuum in 12. libris.

bris. Oedipus ille coniector & ænigmatum solutor, ut  
est in Andria Terentij, duos filios habuit, Eteo-  
clen & Polynicen, qui monomachia decertarunt de-  
regno, cum iam Thebe erat obsessa. Cadmus uero  
profectus ex Phœnicia, condidit primum has The-  
bas septem portarum in Bœotia. Se priores dictæ  
ad differentiam Thebarum Aegyptiarum, quæ con-  
tiportes fuere.

Mήλα. ] Pecudes, & postea synecdochicæ o-  
pes significant. οἰδίποδης. s, &c. prima uox est, non  
patronymicum.

Εν μακάρεσσιν νόοισι. ] De fortunatis insulis ui-  
de Plinium libro sexto, capite trigesimo secundo, &  
Solinum in postremo capite. Sunt autem non procul  
à Mauritania.

Μηχέτ' ἔπειτ' ὠφελον ἐγώ τεμπτοῖσι. ] De-  
scriptio postrema & ferreæ aetatis, quæ pessimis  
prædicta moribus est, id quod poeta uoluit, cùm ait:  
Omne in præcipitiu[m] stetit, uere uelis.

Maiorum mores sones magis laudant, & recte qui-  
dom nō semper degeneramus, & sic est in natura re-  
rum. Ita subinde omnia degenerent. Iam quoq[ue] boni ui-  
ri queruntur de moribus adolescētiae, neq[ue] pater filijs  
similis, neq[ue] filij patrib. πάνερι γάρ τι πάγδες, &c.  
ut est apud Homerum. Neq[ue] hoc tantum uidere est  
in natura rerum aut in moribus, sed in omnib. rebus.

*Nam nemo negare potest olim Germanorum corpora fuisse robustiora ac proceriora multò quàm nunc sunt. Item semina à multis accepimus decreuisse, qui dicebant se pueris comperisse, multo maiora & meliora simul olim semina frumentorum & leguminum fuisse quàm nunc sunt. Itaq; non immerito conqueri Hesiodus uidetur, quòd in istam postremam ætatem & pessimos hominum mores inciderit. Et si istis melioribus quidem temporibus ad comparationem nostris seculi is rerum status fuit, in quam nos spem reseruatis simus senescente iam mundo & ingrauescentibus hominum uicijs uidemus,*

30. *Χαλεπὰς δὲ θροὶ δύσκοι μείγματα.] A μειγμάτω est, quod curo, sollicitus sum significat, quem admodum est in Euāgelio: Nolite solliciti esse, quid dicatis coram principibus. Nam sollicitudo & angustia prohibent fidem. Et sollicitū esse, est incredulum esse. Addit tamen mitigationem & dicit, quòd ijs miscebuntur bona malis, quasi dicat: & rosa nonnunquam crescit inter spinas.*

*Οὐδὲ ξεῖνος ξειρόδοκως.] Eleganter banc sententiam ad uerbum ferè expressit Ouidius cum ait:*

— Non hospes ab hospite tutus,

*Non sacer à genero, fratrum quoq; gratia rara est.*

*Quod autem in decalogo de honore parentibus exhibendo est, hoc cotidem hic ferè uerbis retulit Hesus*  
*dus.*

dus. Neq; dubium est illa ex sermone Patrum accepta esse. Addo quod lex naturae sit, honorare parentes. Est autem difficilius honorare parentes, id est, cedere illis, existimare de illis omnia bona, obedire, &c. quā præstare opes. Itaq; & promissio addita est: *Vt sis longævus super terram. Athenis capitale fui et pœnitentia non persoluere parentibus.* Incredibilis quoq; amor atq; pietas erga senes parentes & uolandi impotentes inest Ciconijs, solus homo uiciatæ natu& ræ uicio renutricandi officium aut nunquam, aut ægre præstat.

*Xειροδίκας.]* violentos uocat, & quibus ius est in manibus, brenicer, qui neq; ius neq; leges norunt. Cuiusmodi descripsit Ouidius,

*Non metuunt leges, sed cedit uiribus æquum,  
Victaq; pugnaci iura sub ense latent.*

*Τβετουρ* posuit pro *υβετουρ*, substantiue, pro adiect. quemadmodum & Homerus *ὑβετον* aīēga pro *ιεπιστελη* aīēga. Et Latinus poetis scelus pro scelesto admodum familiare est.

*Ζηλος δ' αιθρωποισιν.]* Hactenus descripsit in genere mores cuiusq; propemodum ætatis. Itaq; iam redit ad primam propositionem de litibus, quas multa mala inter homines parere dicit. Posteaquam uero congerie quadam inuidiae epitheta enumeravit, fingit Pudorem & Nemesis Deas reliquisse terras,

hoc est nec pudore bonos abterrere amplius à turpitudine, neq; improbos metu vindictæ. Nemesis enim indignationem significat, quæ ulciscitur malefacta flagitiosorū. Alioqui Nemesis Dea est quæ significat illam fortunæ speciem, quæ irascitur ijs, qui cum res affluunt, nimis inflantur et insolescunt, quos deinde pernit & deiicit rursum. Aristoteles posuit inter virtutes illum impetū animi generosi, qui dolet rebus male gestis. Et Græci omnes virtutes Deas fecerunt. Ouidius uero magis uidetur ex Arato locum de iustitia sumpsisse quam ex Hesiodo, cum inquit: *Victa iacet pietas, &c.* Hos enim potissimum locos captauit, qui illustrari tractando poterant & nescire in loco adhibiti.

[κακὸς δ' ὁ οὐτεται αλλον.] Id est, in tantū malitia hominum inualefcet, ut planè nullum uel remedium uel auxilium hifce tantis malis expectandum sit (id enim αλλον significat.) Et perspexerunt sapientes omnia in rebus humanis mala corrigi non posse, nec ius ciuile corrigit omnia. Multa enim toleranda & dissimulanda ueniūt, non quod laudē mercantur, sed quod sine maximo incōmodo è medio tolli nequeant. Quare posteaquam admodum rhetorice questus est de publicis moribus, & de perturbatione omnium rerum (fuit enim totus ille locus Querelatæ porum) commode nunc præcepta subiicit.

NUO

*Nuῦ δ' αῦρον βασιλεῦσι ἐρέω φεγγέουσι.] Pro 3.  
positio est. Tradam nunc præcepta regibus & Magis-  
istratibus. Et priusquam perueniat ad Paræneses,  
narrat apogum, quo figuratè significat quales mo-  
res sint Tyrânorum, quod nihil minus deceat quam  
ui grassari more bestiarū. Significat enim aûrΘ ser-  
monem recte aliquid monentem de moribus. Vnde et  
Apologos aûrois dixerunt. Ænigma uero est obscura  
significatio.*

*Φεγγέσι καὶ ἀυτοῖς.] Correctio propositionis est,  
quasi dicat, Nunc monebo reges, sed fortasse frustra  
moneo, sicut olim Luscinia accipitrem. Nam ueri-  
tas odium parit.*

*Αὐδόνα ποικιλόδειεγν.] Epitheton Lusciniae  
est, habet enim uariatum collum. Magis tamen ad  
uocem quadrare puco quam collum, hac enim cum  
primis excellit, quemadmodum & Plinius in illa de-  
scribenda lufit.*

*Τῇ δὲ εἰς οὐσίαν ἡγώ περ ἀγω.] Tyranni uox est,  
plane prouerbialis, de alterius uita pro libidine sta-  
tuenteris, quasi dicat, quantumuis iustas & æqua po-  
stules, tamen penes me est ius de te statuendi quid ue-  
lim. Conuenit cum illo Agamemnonis quod est apud  
Homer.lib.1.Iliados:*

*Εἰ δέ κε μὴ δύοντιν ἐστὸ δέκεν ἀυτὸς ἔλωμαι. &  
alibi: Οφρὶ τὸν εἰδῆς θάτον φέρετε γές εἰμὶ σίδην,*

Αφωνδ' ὅσ' ξ' ιθέλοι περὶ χρέας οντας.] Epiphonem a seū Epimyctibō huius fabula est, sunt enim Epiphonemata sententiae ex superioribus consequentes. Monet non esse contendendum cum præstancioribus. Nec enim fieri potest ut potiatur uictoria unquam, uerū ad dedecus mala quoq; pati cogitur. Quae sententia eleganter germanismum expressit. Et mūß den spott zum schaden haben.

Ω Πέρση σὺ δ' ἄχατε.] Adhortatio est ὡς Περσε fuge iniuriam. Estq; primum præceptum. Nam in legibus naturæ prima lex est, ne quem ledamus. Huiusmodi notitias, que in omnib. sanis hominib. sunt, Greci περὶ φεις vocant. Et Paulus quoq; ius naturæ vocavit. Plutarchus integrum librum scripsit περὶ περιφειῶν. Et prodest scire quantum uideat ratio, deinde uidere quid desit ei, & ad que pertingere nequeat.

Δίκη.] significat iusticiam, iudicium et vindictā. Quod Romani ius vocant, hoc Greci δίκην. Germanica uox recte planè sic usurpatur. ἐθλὸν pro fortii exponendum censeo, ut sic sensus: Ne fortis quidem uir iniuriam perferre possit. ἐπέρηφι pro ἐπέρα Ionica Paragoge est, sicut nos dicimus dicier pro dici.

Δίκη δ' ὑπὲρ ὑβελῶν ίχει.] Ratio præcepti est, quare sic facius sequi iusticiam, quia ad bonū finem perducit non potest, si quis iniuria afficiat alium. Et quanto-

quamquam iniusta sepe habeantur pro iustis, tamen fieri non potest, quin iustum cognoscatur tandem, & homines scelerati opprimantur. Nam ut ueritas laborare potest, extingui non potest, ita nec iustitia. At que hoc significare uoluit cum inquit: ἐς τέλος ἐλθεσσα. οὐχ εἰν οὐρο εστι πραualere, obtinere, den platz behalten.

[Παδὼν δέ τε νύμθε γεννώ.] Proverbialis locutio est, quæ significat miserrimam esse prudenciam que ex malis nostris perdiscitur. Commoratur autem longiuscule in collatione iusticie & iniusticie, ut metum incutiat hominibus, ne cōtra iusticiam faciant. Itaque et utriusque cum incommoda cum comoda recenset, sicut in Scriptura Deus minatur & pollicetur, bonis quidem ut bene habeant, & ut res ipsorum sint incolumes, malis uero, ut quia semel in animum induxerunt iniusticia partes sequi, etiā fruētus illa dignos auferant, hoc est, ut bello, lacrocinijs, seditionibus, tyrannorum fœnitia, & omnibus malis affligantur.

[Ηδ' ἔπειται κλαίσσει τόλμη τε.] Suspicor καὶ subintelligendum esse, ut sic sensus, iusticia aere iam induita ut cerni nequeat per urbem & placeas incedens, dignas de iniustis pœnas sumet. ἔπειται enim alioqui cum dativo construitur.

[Οἱ δὲ Δίκας ξείροισι.] Argumentum est à

præmiis quæ iustos sequuntur. Nam cū nibil sit quod aequa ad recte faciendum homines inuitet atque spes commodi alicuius ob oculos posita, etiam Principes hac ratione Hesiodus ad iustitiam & honestatem collendam accendi posse arbitratur. Et uidere licet hoc in loco, quām pulchra sit in uerbis amplificatio, urbs uiret, populi florent, est pax, & illa quidem iuuenum alumna, præterea dat magnam annonæ ubertatem, quæ omnia, si quis pro dignitate luminibus uerborum exornauerit facilime copiosam quoat orationem efficiere. Sunt autem in primis pacis & belli epitheta obseruanda, qui bello nibil calamitosius, nibil fugiendum, nihil detestandum magis, in quo humanitatis studia frigent, bonæ leges negliguntur, religionis aut nulla aut porquam exigua cura. Itaq; etiā exemplo esse potest Turicum bellū immanissimū, quod multis iam annis Christianam Rempub. indignis modis acq; omnium miserrime afflixit. In pace uero pueri artibus bonis imbuntur, neq; est quicquam uel magnificencius uel admirabilius. Nam pacis tempore omnium harum rerum metu liberamur quæ in bello magno cum periculo & acerbissime ferre solemus. Eadem pacis commoda recenset Homerus in Clypeo Achillis, quæ hoc loco Hesiodus.

32. Oīς δ' ὑπερ τε μέμνεται.] Antithesi quadam confert iniustorum pœnas ad præmia iustorum. Sunt autem

autem omnia illa nata ex legibus naturæ, quia recta ratio dictat sceleratis & flagitiosis hominibus nullū malum fore impunitum, & mala non esse committenda. Quod autem mala committuntur & designantur flagitia, etiā si aliud moneat ratio, in causa sunt affectus quibus uitati sumus. Æbrei contumeliam significat. Nam sicut etiam iniuriam in legibus exponit Iureconsultus.

Πολλαχι νὴ ξύμπασσα πόλις.

Kακὸς αὐτὸς ἐπάυρει.] Hæc sententia totidem ferè uerbis est in Ecclesiaste, Sæpe uniuersa ciuitas mali uiri pœnam luit, ut tota Turingia luit peccatum proditoris Munzeri. Æschines citauit hunc uersum de perfidia Demosthenis. Et Dominus in sacris literis felicitatem ob Naamā Syriæ dedisse dicitur. Mala uero omnibus ob peccata Manasse dedit. ἐπάυρειν Latinè dicitur luere peccata, quod nos ruidius efferimus, entgilt eins manis/geneūßt eins manis. Utrumq; enim significat. Vjus est Homerus libro primo Iliad.

Λιμὸν νὴ λογίαν.] Poetæ constanter obseruant semper pestilitatem sequi caritatem annonæ. Et nos experientia edociti sumus uerissimum esse quod dici solet λογίας μετὰ λιμὸν, id est, pestis post famem. Sic enim & superioribus annis in Italia contingit.

Τείβσοιν.] *Emphasis in ea uoce est, qua potest significare eiusmodi odio inter se mutuo accendi atque exasperari homines, ut qui potentior sit, impotenterem planè conterat, & ad nihilum redigat. Huius rei multa exempla extant apud eos qui rixantur in foro. Ibi est uidere quantum malitia ualeat humanae mentis, & quam furibundum reddat eum qui semel conceptum in animo odium, in alterius perniciē sum mam, nullo tamen, aut per quam exiguo suo commode, ad finem perducere destinauit. Sed cum istis temporibus eiusmodi rerum status fuerit, nemini mirum uideri debet, quod de nostrorum temporum malis querimur.*

33. Ηδέ τε παρθένος διαν Διός.] *Facit nūc prosopeiam cum fingit iustitiam sedere iuxta Iouem, atque illum abortari, ut iustis det præmia, de sceleratis uero sumat pœnas. Illo gestu facit orationem crescere, alioqui idem diceret quod dixerat supra, sed ne esset radiosum, fingit personam quæ loquatur.*

Ταῦτα φυλακόρδυοι θασιλῆς.] *Apostrophe est ad indices ut recte iudicent, neque frustra est quod hec sæpius iterando inculcat. Nam eam esse humanae mentis maliciam, ut difficillime ad ea quæ re eti sunt feratur, omnes passim uiri sapientes uiderūt. Et subiecit gnomas aliquot, quas dubium non est ex legibus*

legibus naturæ tanquam ex fonte promanaſſe. Prior posita ſententia mire conuenit cum iſta quæ in ſacrificis literis eſt. Incidit in foueam, &c. Proxima eſt apud A. Gellium. vobis eſt intelligere ſeu animaduertere, propriè mercen.

Nuñ δ' εγείρε μήτ' ἀντὸς ἐν αὐθόποιοι.] At oītov argumentum, id eſt, ab abſurdo, quaſi dicat, Ni bil referret quales eſſemus, ſi non eſſent conſtituta pene & præmia. At qui ſunt pœna & præmia. Itaque multum refert. Idem argumentum eſt apud Ariftophanem in Pluto, ubi oraculum conſultetur, quibus artibus ſenex filium iſtituat ſuum, ad uirtutem ne, an ad quæſtuoſas artes conſerat. Et conſultum eſt, ὃς σφόδρ' οἵσι ουμφέεցν τὸ μηδὲν ἀσκεῖν υγίεις εν τῷ νυῦ χεόνω. Ita hic poeta dicit: Nolim ego iuſtus eſſe, neq; filius meus, ſi noceret eſſe iuſtum, nec eſſent iuſtis proposita præmia. Ad hunc modum ratio diju dicare poceſt, multum referre, bonus ne quis an ma- lius fit, & ſi non queat uidere cauſas, nec dijudicare cur malis bene fit, & bonis male. Quemadmodum oculis colorem uidet aliquis, licet neſciat cur non aequa naſo uel pedibus uideat. Ita reuera mente uidet neminem eſſe lædendum quantumuis cauſas cur ſic ui deat ignoret. Atque hac de cauſa adiecit correctio nem: ſed haec non puto facturum Iouem.

Kαὶ γὰρ δίκην ἔπάκει, βίντοντὸν θεον πάμ-

nav.) Argumentatur à natura hominis, & ius naturæ describit, & dicit hominibus quasdam sententias esse insitas, seu diuinitus inscriptas in animis, quæ doceant nos recta. In bestijs nō sunt eiusmodi sententiae quæ iudicent quid sit faciendum: imò est uidere in his quòd omnia ui gerantur, cùm hominibus iuræ constituta sint, coniugantur & regantur. Ergo homines iure debent disceptare, uis beluina est. Paulus eas leges ueritatem Dei appellat. Sunt aut̄ hæ fere:

1. Deum cole.
2. Neminem lædito.
3. Quia ad societatem facti sumus, ergo benefacito alijs, & p beneficio redde gratiā, iuxta illas uulgares sentētias: Manus manū lauat, digitus digitū.
4. Certis legibus connubia esse coniungenda, & educandam jobolem & defendendam.
5. Ciuitates esse constituendas, parendum Magistratui, & pacta seruanda esse. Nam alioqui societas hominum non potest conseruari, nisi fides serueretur in contrahendo.
6. Sicut medicus præcidit aliquam partē corporis ut seruetur totum corpus, ita ut societatis humanae corpus conseruetur, latrones tollendi sunt & alij qui uiolant societatem humanam. Ideo & bella geri oportet.
7. Et quia natura non est laedēda, nec offendenda so-

da societas, ideo in uictu modus, et ordo in actionibus seruandis est. Porro, sicut diuinis legibus scriptis ob temperare nos oportet, ita & his Deus nos uult obse qui. Et animaduertit in eos qui eas uiolant, id quod illicruciatus conscientiae in flagitiosis testantur, qui etiam si nemo resciscat eorum facinus, tamen natura liter metuit impendentes pœnas. Fit autem harum legum saepe mentio. Sic Iuuenal.

Numq; aliud natura aliud sapientia suadet?

Nnusov. Id est, immedicabiliter, quasi dicas vñ 34. akessov. Est enim vñ Steritica particula, & ἀκέω si gnificat medeor. Et eleganter dixit ἀμαρερτέρη γε ven posteritas quæ propemodum obliteratur. Neque enim tantū sumitur supplicium de ipso, sed de ipsis etiam liberis, nā illi postea deterius habebunt. Sicut & Mose dicit quod Deus sumat supplicium de his qui mandata eius negligunt in tertiam & quartam generationem. Græci hac de re libros scripsierunt. Et extat libellus Plutarchi de his qui sero puniuntur à numine, & querit mirabiles rationes. Eius uerba bæc sunt: Plus est diuina negotia considerare homines existences, quā de Musicis disputare qui non sunt Musici, & de re militari, qui eius rei imperiti sunt.

Σοὶ δὲ γωνδλαὶ νόεων ἐρέω. ] Hortatur ad laborem nunc Poeta, ductum argumentum à natura virtutis. Nam ita proponit laborem ut sit cōiunctus

cum uirtute & iustitia. Estq; egregia haec sententia.  
Mala & improbitas ubiq; præ foribus sunt. Vel pec  
care proclive est & facile, sed non est tam facile recta  
facere, Hunc locum imitatus est ille qui literam Py  
thagoræ descripsit. Et Ouidius inquit:

Publica uirtutis per mala facta via est.

Μάκεος δὲ καὶ ὁ πρὸς οἶμον εἰπὼν αὐτοῦ.] Opor  
tet enim, ut quod iustum est, simplex, planum & pera  
spicuum sit, nam & ueritatis oratio simplex est, &  
rectum sibi per omnia constat. Ergo quoties aliquid  
proponitur de quo inter sapientes uiros non conuenit,  
illud falsum sit necesse est.

Eiç ἀνεγνώκηται.] Duplex lectio est. Sunt enim  
qui ἀκηκοσι, sunt rursus qui ἀκηκοτες legant. Quod si le  
gas ἀκηκοτες tunc impersonaliter erit exponendum.

Οὐτοί μὲν παντες ἀντεῖ πάντα νόσει.]  
Prior γνώμη fuit uirtutem esse coniunctam cum la  
bore, quod labore ad uirtutem perueniatur. Nunc  
secundam proponit de diuersitate ingeniorum. Citat  
hunc uersum Aristoteles primo lib. Ethicorum. Et  
Liuius interpretatus est hunc locum penè ad uerbum  
in Fabio & Minucio. Sæpe ego audiui milites eum  
primum esse virū qui ipse consulat quod in rē sit. Se  
cundum eum qui bene monenti obediatur. Qui nec ipse  
consulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenij  
esse. Minutij uerba sunt.

ANNA

Αλλὰ σύγ' ἡμετέρης μεμυρδύος αἰσὶ ἐφέτην.)  
*Hæc est demum de labore propositio. Labora ut pos-  
 sis effugere famem. Et argumentatur à locis hone-  
 statis, quod et Dijs & hominibus sint cbari homines  
 solertes. Oderunt autem semper Dijignauos. Addi-  
 dit quoque similitudinem, qua uitam inertium fucis  
 comparat. Sunt autem fuci degeneres apes, estq; ge-  
 nus insecti, simile quidem apibus, sed ingenio dissimi-  
 le, illi sunt qui mel apibus absunt, cum ipsi non la-  
 borent. Et sic etiam Plin. meminit lib. 11. cap. 16. Ari-  
 stotheles li. 9. de natura animalium inquit: Τε παρα-  
 λια carent aculeo ut fuci, alia autem habent. κόσου  
 ρό nomen uenit à κενθω, quod abscondo, occulto si-  
 gnificat, & ψεύcauda. Non enim exerunt aculeum  
 sicut apes.*

*Σοὶ δὲ ἔργα φίλ' ἔσω μέτρια κοσμεῖν.] Repetit 35.  
 propositionem cum insigni commendatione laboris.*

*Οἶτε ἔνθα.] positum est pro ὄμοι τῇ. Τα uero  
 adiectitum est complendi uersus gratia adpositum.*

*Αεσίφερνα θυμόν.] Hesychius ματαιόφερνα ex-  
 ponit ὁ καφάς ἔχων τὰς φρεσίας.*

*Αἰδώς δὲ γκάθη.] Occupationes adiecit. Fortas  
 se turpe tibi uideatur laborare, Atqui non est turpe la-  
 borare præsertim egenti. Citatur prouerbialiter hic  
 uersus, mendicos debere esse impudentes, uerū hæc  
 neutiquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex*

*uerecundia, bona scilicet, & minus bona. Prodest in loco pudor, obest, si quis hoc ignauiam suā prætexat. Neq; aliud hoc loco pudorem uocat, quām quod Vergilius dixit Degeneres animos.*

*Χρήματα δ' ἔχ' αρνακτὰς θεόσθοτα.] Es in omnium ore hæc sententia: Male parta male dilabūtur. Honeste parta durant apud hæredes. Sunt enim θεόσθοτα, id est, diuinitus data.*

*Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὅλθον.] Duo genera iniuriæ facit, quibus duplices artes parandi ui-  
ētus intelligit. Sunt qui manus in alienas facultates iniiciūt & ui rapiunt, hos raptiores nominare licebit.  
Alij per fraudem & periuria ditescere cupiunt quo-  
rum magna ubiq; copia est. His sunt qui lingua præ-  
dantur, id est, mendacijs.*

*Πεῖται μὲν μαρτυρῶσι θεοῖ.] Validissimum argu-  
mentum est, quo absterrentur homines à malefactis,  
uidelicet, metu pænarum. Atq; ea os secunda pars  
circunductionis qua absoluit sententiam.*

*Ιοον δ' ὁσθ' ἵνετλιον ὅσε ξεῖνον κακὸν ἐργάζει.] Se-  
quitur catalogus præceptorū de uarijs officijs. Idem  
inquit, est flagitium hospitem lædere & supplicem.  
Maximinanq; olim hospitale ius fiebat. Et nota est  
historia de Campano illo & Romano milite. Multa  
hospitalitatis mentio fit apud Homerum. Nec homi-  
nis uocabulo digni sunt, qui sam non ex anima præ-  
stare*

stant peregrino & egenti. Et Iuppiter ξένιος dictus est, qd in eius tutela sint hospites Vnde est illud Verg. Iuppicer (hospitibus nā re dare iura loquuntur) &c. Apud Homer. Odis. ζ. Nausicaa puella dicit quan-  
toperes sint Ioui curæ hospites & supplices, cum ait:

— Περὶς γένους Διὸς εἰσὶν ἄπαντες,  
Ξεῖνοί τε πλωχοί τε. Δόσις δ' ὀλιγηφίλητε.

Ἐρξδ.] Metathesis est. Venit. n. à ρέξω ρέξω infut.  
Avà δέμητα βαίνοι.] Tmesis.

Παρεχαίεια.] Importuna, flagitiosa dicuntur.

Οὐτε τεῦ ἀφεχθίνες.] Et sacra scriptura horren-  
dum supplicium ijs minatur qui pueros lædunt. Est  
enim alioqui ea actas obnoxia malo. Bis autē peccat,  
qui lædunt orphanos.

Τεῦ pro τνὸς Doricè.

Κακὸς ἐπὶ γῆρᾳς καὶ δακρύ.] Antithesi quadam  
præcepta decalogi refert. Nam cum in decalogo do-  
ceamus, parentes esse honorandos, eamq; ob caussam  
addita sit promissio, nihil præcipitur hic aliud quam  
non esse cōtumelia et probris afficiendos. Itaq; & pro  
missioni, quæ est in præceptis, Hesiodus comminatio-  
nem opponit, quòd Iuppiter tandem pro iniustis operi-  
bus asperam retributionem sit compensaturus. Et  
autem elegans metaphora ἐπὶ γῆρᾳς καὶ δακρύ, id est,  
in limine senectæ, pro extrema senecta. Acq; hoc imi-  
tati sunt poeta Latini.

36. Καὶ διώματιν δὲ ἐρδεῖν λέπας ταῦτοισι.] Praeceptum est de faciendis sacris. Et vocabant libationes quando in sacris fundebatur aut offerebatur uinum. Quemadmodum Aeneas apud Vergil. in i. cum primum ad Didonem uenerat. Αὐτὸν δὲ libo, quod est leuiter degusto, στονδὴν uenit. καὶ διώματιν διέτιν est pro καὶ διώματιν secundum potentiam, id est, pro viribus.

Οφράλλων ὡνὴν καὶ περιγράψειν.] Hoc est, ut aliorum iuves rem familiarem, possessionem, &c. Ad hunc modum etiam Christus in Euāgeliō monet ut simus pauperes, quo alijs possimus dare, non ut accipiamus. ὡνὴν propter uersum, oī in ω mutatum est.

Τὸν φιλεόντ' ἐπὶ διαιτα καθεῖν, τὸ δὲ ἔχθρὸν ἴσαι σαγ.] Adiicit quadam praecepta liberalitatis, sed tamen alieniora à primis illis iustitiae gradibus, sicut & Cicero in Officiis facit. Nec est impium quod iniūcūm omittendum esse monet, cum et Salomon eius rei meminerit: cauendum tamen ne nostro uicio accidat. φιλεῖν non amare tantum significat, sed etiā hospitio accipere, & comiter tractare, ut

Χρὴ ξεῖναν παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν

Τὸν δὲ μάλιστα καθεῖν δεῖς σέθεν ἐγκύρων τὰί τε. Admonet uicinum studiosè colondum esse. Cum enim tota nostra uita ad societatem comparata sit, nemo ignorat, quam ingens bonum sit bonum habere uicinum.

cinum. Nec poeta hanc sententiā temere multis rationibus amplificauit, ubi uicinorum & cognatorum sedulitatem in negotijs obeundis & officijs præstans ita confert, ut quam longissime cognatos, si opus sit alieno auxilio, uicini antecellant. Id quod & Cas sitæ apolodus apud A. Gellium indicat, ubi cognati multo minus faciunt quam uicini. Nec Themistoclem fugit, quod cum præmium uenditurus erat, etiā hoc per preconem addendū censuit, quod haberet bonum uicinum.

Eū μέτρη μεγεῖαν παρὰ γένετον. Aliud preceptum de mutuo persoluendo, & citatur hic locus in Offic. à Cicerone, ubi de gratitudine scribit. Item in claris oratoribus ferè citatur hic uersiculus ubi dicitur de reddenda gratia, nec est ullum uulgarius in gratitudine uicum in toto orbe, licet Deus impunitum non finat. Nam et Salomon dicit: Non recedet malum de domo ingrati. Eū χειροκόπια exponi debet, quemadmodum supra quoque, est enim subiunctiua particula, ut sit sensus, si mutuo sumpseris, alterū eū abundare uidetur. Nam ita solēt iterare has particularas, ut Homerus quoque. Μεγεῖαν.) passim exponendum, pro dimensum accipere, uel mutuo accipere, du solēt dit wol lassen mässen. Suidas dicit μέτρην, non tantum mensurare uel mutuo dare, sed etiam mutuo accipere significare. Docet autem

natura ipsa gratitudinem, & illa lex naturalis uera diuina est, etiam si non esset præscripta. Et cum nulla tam immanis belua sit in qua non sit sensus gratitudinis, præstandū est maxime, ut nec homo ab hac sit alienus. Quid enim aliud sibi uolunt exempla Leonis & Draconis, quam ut gratitudinem nobis commendent, siue ea uera siue ficta sint, nihil tamē aliud q̄ gratitudinē ob oculos his proponere uiri sapientes uoluerunt. Et qui gratias pinxerunt pro una fingūt geminas redire. Una enim dat, geminæ referunt.

Tὸν φιλέοντα φιλεῖν καὶ τῷ.] Commendat nobis amicitiam illa sententia. Iam cū nonnulli adeo morosi sint, ut planè abhorreant à societate, & nullum animal proprius homine ad illā accedat, addā etiam quòd plures nec habere nec colere possimus (nec enim ex quibusuis amicitia constat, sed ex similibus natura) recte Hesiod. præcepisse iudicandus est, cū doceat non quo suis in amicitiam recipiendos, et danci esse dandum, non danti, id est, sordido nequaquam. Et quanquam hæ sententia paulò gentiliores cum ipsa lege naturæ pugnare uideantur, ut indicat Plato in Gorgia, tamen quia beneficium est compensandum, nec omnes iuuare possumus, nemini dubium esse poterit certos quosdam esse iuuandos. Non autem sic obligaris illi qui nihil de te meritus est, ut obligaris benemerito. Quia naturaliter sic obligati sumus ut red-

ut reddamus officium, quemadmodum & Iureconsultus ait obligari  $\omega\ddot{\omega}\varsigma\alpha\tau\dot{\iota}\omega\varrho\alpha$ .

$\Delta\omega\varsigma\alpha\gamma\alpha\theta\eta, \alpha\ddot{\omega}\pi\alpha\zeta\beta\eta\eta\eta.$ ] Liberalitatis præceptum est. Quanquam autem nullæ leges cogant hominem ad liberalitatē præstandam, ipsa tamē humana obtinet & cogit nos ut bene faciamus bonis viis, & communem societatem iuuemus. Quapropter & cum uirtute ita comparatum esse uidemus, ut boni uiri etiam si multa liberalitatis officia præstent, semper tamē laeti & hilares sint. Contra mali etiam si multa habeant, nunquā tamen tranquillam & pacatā conscientiam à furijs obtineant, ut uel hoc nomine doceremur liberalitatē plurimi esse faciendā, non tam aliorum cauſa, quorum inopiam nostra liberalitate subleuamus, quā nostra quoq; quōd animi tranquillitatem istinc concipimus & possidemus.

$\Pi\alpha\chi\nu\omega$ ] significat gelidum facio.

37.

$E\iota\gamma\alpha\rho\kappa\epsilon\eta\eta\sigma\mu\chi\epsilon\eta\eta\iota\sigma\mu\chi\epsilon\eta\eta.$ ] Ad multa utilis erit hæc sententia. Verū non inepce ad studia literarū referri queat. Commendat aurem diligētiam & assiduitatem nobis. Est enim iucundū præsenti copia frui, & semper aliquid habere præ manu. Et quanquam nemo adeo diues sit qui non alterius egeat, neq; quisquā adeo doctus, qui non opus habeat alieno administriculo ad literas, tamē turpissimum est quotidie uelle emendicare, nec posse oīnōtiō̄s uiuere.

Αἰδοναλυμὸν.) id est, nigram famem ab effectu dixit, quemadmodum Homerus frequenter αἰδονα ὄντος. Sunt enim famelici nigri, & fames solet nigridores reddere. Hunc Grecisimum imitari sunt Germani qui dicunt, der schwartz hunger.

Αἴθων.) significat faciem comburens.

Ἀρχομένου δὲ πίθεκῷ λύγοντος κορέσσασ.) Præceptum est de parsimonia. Cum res esēt, abunde maiores sumptus facere potes, estq; humanitatis hoc. Verum nihil proderit tum primum uelle comparere ubi patrimonium est amissum. Nam odiosa est in fundo parsimonia, iuxta uersum:

Nil iuuat amissio claudere septa grege.

Rursus cum res abunde suppetunt, non decet eiusmodi sumptus facere, ut nihil reliquum facias, id enim prodigalitatis non liberalitatis esset. Sed memineris iuxta Salomonem ita deriuare fontes tuos foras, ut tamen horum Dominus maneas. In summa poeta utraque extrema liberalitatis fugienda monet, ut ne quis prodigus neq; sordidus.

Μισθὸς δὲ αὐτῷ φίλῳ εἰρημένος αρχιτέστω.) Aliud præceptum, Mercenarij sunt benigne tractandi. Et debes sufficiencem mercedem soluere ijs quos conduxisti, ita illi uicissim operam dabunt, ut respondant in laborando.

Καὶ τὸ καστιγνήτῳ γαλάσας.) Egregia sententias,

*τια, Non temere fidendū ulli. Nemini fidas nisi qui cum modium salis absumperis, Item cum fratre iocans adde testem. Quod si in ioco adhibendus testis, quanto magis in rebus serijs? Epiteton est in particio πελάσας, quasi dicat, Vide ne uerba quae iocando dixeris inuertantur tibi, itaq; teste conuenit cum fratre iocari.*

*Πίσεις ἀργόμας καὶ ἀπίσιαι.) Id est, Credendum est εἰ non credendum. Utile cum primis præceptum, quodq; imis sensibus reponendum est. Illi enim potissimum experiuntur quae uis sit bius sententiae qui uerfancur in Rebus pub. & grauioribus caussis, præsertim periculis temporibus. Nec Græci frustra monuerunt, μέμνοο ἀπίσειν. Nam si propter fucatam amicitiam uix fratri est adhibenda fides, quantum alijs fidendum sit, facile aestimari potest.*

*Μὴ δὲ γυνὴ σὲ νόον πυγοσόλθ.) Preceptum est de scortis. probat enim Hesiodus coniugium. Nā de eo infra dicit.*

*Πυγοσόλθ.) Composita dictio est, quasi dicas, ornans nates, à πυγὴ σέλλω.*

*Σὲ νόον.) Te mentem, id est, tuam mentem. V- cuntur enim primi uis pro deriuatiuis.*

*Φιλήτης.) Hesychio κλέπτης καὶ ληστής θέτι, ab ψώδει λω composite dictio: φιλητής uero amator.*

*Μυογλυκής, δὲ πάις σώζοι.) Deconomico bos*

præceptum est, quo non aliud admonemur quām iuxta uetus prouerbium: Oculo domini saginari equum. Est enim primum ( secundum Catonis sententiam ) in re rustica, bene pascere.

Φερβέρδῳ.] Ionicus infinitius est.

Γηραιὸς δὲ θάροις.] Duplex sensus horum uerbiuum est. Prior ratio est, Quo maior liberorum grex relinquitur, hoc felicius procedere rem familiarem. Sic enim & Germani prouerbio locum fecimus. Altera est, quod res domestica non unius tantum opera potest augeri. Siquidem, Unus uir nullus uir, ut habet prouerbium.

Σοὶ δὲ πλάτυ θυμὸς ἔειδε].] Conclusio generalis est, quæ continet laudem assiduitatis & industriae. Assiduitate ditesces, inquit. Si sedulus in opere tuo, & ditesces, iuxta uersiculum:

Gutta cauat lapidem, non ui, sed sœpè cadendo.

IN II. LIBRVM HESIO  
DI ENARRATIONES PHI-  
LIPPI MELANCHTHONIS.

**P**RIORE libello præcepta de moribus 38. tradita sunt. Secundus liber contineat præcepta agriculturæ. Et quanquam descendæ Græcæ linguae caussa enarratur hic author, tamen si quam utilitatem & rerum cognitio quæ hic docetur, adferet, non uerba tantum, sed res etiam consyderemus & discamus.

Quondam proderant hæc Hesiodi præcepta agricultoris, quia quo quidq; tempore facerent hinc discebāt: nobis plus profunt Physica & Astronomica quæ adspersa sunt. Nam sèpè caussas naturales tempestatum, & aliarum rerum commemorat. Porrò etiam totius anni tempora discernit per insignium sydērum ortus & occasus. Ita docet totam rationem & uarietatem ortus & occasus. Primum autem per liberalis & ualde honesta cognitio est omnium Astronomiæ partium & dignissima bono uiro. Sicut Ouidius testatur cum ait:

Felices animæ quibus hæc cognoscere primum  
Inq; domos superas scandere cura fuit.  
Credibile est illos pariter uicijsq; iocisq;

*Altius humanis exeruisse caput.*

Secundò necessaria est cognitio cælestium motuum, quia oportet nos in rebus publicis habere descriptionem anni & mensium: quæ si non haberentur, nulla posset memoria præteritarum rerū haberi, & multæ præsentes res intempestive fierent. Et Deus præcepit ob eam causam astra obseruari cum dicit, Erunt in annos. Hic uero libellus Hesiodi ita scite totum annum metitur, ut si fastos non haberemus, ex Hesiodo confici possent. Et quidem hæc ferè tota uetus Astrologia fuit.

Tertiò magnas adfert utilitates, quia ex cognitione cælestium motuum, tempestates annorum, fertilitas & sterilitas præuideri possunt, ut licuit animaduertere anno ab hinc tertio, ubi propter uim aquarum multis locis corrupta seges est. Ideo & Moses ait, Erunt in signa, tempora, et annos, id est, diuisitatem temporum sydera efficiunt, ut aliâs aestus sic maior, aliâs frigus acrius, aliâs maior siccitas, aliâs magis uuidus aer sit.

Πλανῆσθω. ) Pleiades manipulus est septem stellarū in tergo tauri, quæ conspicuntur noctu ferè per totam byzem. Porro, noctu conspici est oriri ζευκτῶς, ut apud Ouid.

Quatuor autumnos Pleias orta facit.  
Sub initium Maij cùm Sole subuebuntur mane sua  
pra-

praeterram, id est oriri κοσμικῶς, Mense Iunio procedunt, ita ut mane conspiciantur, idq; uocant oriri ἡλιακῶς, paulò ante Solis ortum conspicere. Ideo Hesiodus ait messem instare cum oriuntur Pleiades, ui delicit ortu Heliaco. Nouembri mane sub terram descendunt, cùm noctu conspectæ sunt, id est occidere κοσμικῶς. Id uero tempus sementi facienda idoneum iudicant agricola. Ideo Vergilius dixit:

*Ante tibi Eo& Atlantides abscondantur,*

*Debita quām sulcis committas semina, &c.*

Id est, mane occidunt, quod fit Hyeme. Sed ubi citius hyems est, citius ferunt, ut in Germania. Id quoq; præcipit Vergilius:

*Dum siccæ tellure licet, dum nubila pendent.*

Dicuntur Pleiades quod sit plurium coniunctarum stellarum proprius cætus. Latini Vergilias dixerūt, quod in uere orientur. Atlantis filiae finguntur, & credo Atlanti eum honorem haberi quod docuerit astronomiam. Poetæ trissyllabon faciunt πληιάς. In soluta uero oratione diffyllabon est Pleias.

[Ἐπιτελλομένων.] a Ionica Dialecto interpositaeſt.

Aī d[η]n̄tōi vúxtas te k̄j ἔματα τεσαρέγκοντα.] Quod dicit quadraginta dies noctesq; latere Vergilias, sic accipe, à Maio subiectas supra terram inter diu non cerni, propter uicinitatem Solis, magna pat

te aestatis, noctu uero sub terra sunt. Post menses duos mane cernuntur ubi longius iam Sol discesserit a Taurō. Deinde mense Octobri post matutinum occasum noctu rursus cernuntur. Neque est sic accipiendū, quod post occasum matutinum, post autumnum lateant, nam ita noctu cerneretur. Nunc poeta nec noctu nec interdiu confici dicit. Id sit in aestate dum Sol proprius Taurum uersatur.

Κεκρύφαται.] Tertia perso. est præt. pas. ut apud Homer. in 2. Iliad. Θητέοφαται, Addunt enim Jones ταυταντον ad præt. actiuæ uocis.

Πέλομαι.] Existo. inde πεπλομένος. Et est perpetuum anni epichoron. Gellius diligenter hanc uocem reddit lib. 3. cap. 16. pro decurrente ad finē anno, et non circumacto anno.

Οὐτός τοι πεδίων πέλεται νόμος.] Elliptica oratio est, uult enim dicere, illis qui prope mare habitant, quiq; ualles concavas, &c. haec lex seruanda est.

Αγνός.] Palustrem terram significat.

Γυμνόν απείπειν.] A signo describit rursus tempus arationis et messis. Est autem arandum ante maximam sauciem hyemis. Et commode adiecit adhortatiunculam. Vide ut res tua in tempore conficiatur, ne cogaris aliena uiuere quadra.

Ος τοι ἔκρασα ωἴαξηται.) Verbo singularis num.

num. nomen plur. num. adiunxit, quod Gracis familiare est.

*Πτώσω.] Id est, trepide peto alienas ædos.*

*Ἐργα τάτ' αὐτόποιοι.] Causa, quare sic laborandum. Quia homo factus & ordinatus est ad labores. Neque frustra est quod hoc tam sedulò inculcat & urget poeta. Nam præterquam quod Dei uoluntas est laborare, etiam hoc significare poeta uoluit, non posse fieri ut quis honeste uiuat, nisi simul laboret. Et quemadmodū maximæ res dilabuntur per discordiam, ita quoq; per socordiam ac negligentiam ut sæpe usu uenire uidemus. Sunt enim qui tametsi non magnos faciant sumptus, nec dilapident rem familiaris, tamen socordia ad extremam paupertatem rediguntur.*

*Διατεκμείσμαι.] Est ordino, constituō.*

*Οἶκον μὴ πρώτη γυναικί τε.] Primus uer 39. sus huius libri continebat propositionem, complectēs summam agriculturæ, messis uidelicet & arationis. Nunc narrationem contexit, quæ generalia præcepta continet, de constituenda re familiaris.*

*Κτητlew & γαμετlew.] Aristoteles œconomiam suam incepit ab hoc uersu, & refert ad uxores cum ancillam intelligat poeta. Nam possum de uxore loquitur. Est elegantissimus locus de coniugio in Xenophonte, quem Columella optimis & præstanti-*

tissimis uerbis expressit in præfatione 12. libri.

Κτητής.] Αncillam emptam significat, & non nuptiam.

Χρήματα δ' εἰν οἴκω.] Commendat ordinem & curam in re domestica hoc præceptum. Columella enim nihil magis prodesse dicit, quam si seruetur ordo. Vetus, inquit, est prouerbium, Paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur ubi projectum iaceat quod desyderatur. Itaq, in re familiari laboriosior est negligentia quam diligentia. Sic accidit in nostris studijs. Sunt qui multas sententias tenent, sed cum est dicendum & stilus exercendus, nullæ prorsus ueniunt in mentem. Quid sit in cauſa, dictum est.

Η δ' ἄρπη καὶ μείζηται.] Oportet agricolam diligenter obseruare occasionem, quia non leuis est instantia in mutuo atcipiendo: dum enim mutuum petis, perdis temporis occasionem.

Μήδ' αὐαβάλλεσθαι ἐς τὸν αὐγεῖον.] Sunt hæc communia præcepta de non cunctando. Rede Ouidius in hanc sententiam dixit:

*Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

Εν] Significat postremum mensis diem, significat item tertiam lunam seu perendinum diem, ut apud Christophañem (quem Suidas citat) Σαρός, ηγαταύξη κανεὶς εἰς τὸν εἶλθης, αὐτὶ τοῦ εἰς ξύτλων.

HuG

Hu[m] dñi λίγει μόνο[.] Secundū præceptum est de aratro faciendo, & quando cædenda sit materia ad rem rusticam. Orditur autem à Chronographia.

Ιδαίλιμον καῦμα.] τὸ ἴδρωποιόν exponunt, id est, aestus qui sudorem ciet.

Μετὰ δὲ ζέπεται βρέφες χρώσ.] Id est, remisso aestu respirat corpus. Nam propter aestum & calorem corpus prorsus torpet, neque homines solum ita afficiuntur, uerum etiam inanimata.

Δὴ γό τότε σείει & σημ.[.] Sirius stella est in ore canis maioris, quæ cum leone supra terram subuehitur, sicut Lucanus in 10. testatur,

— Qua mixta leonis

Sydera sunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes  
Exerit, &c. —

Deinde ubi Sol acceſſerit Scorpium, mane aliquantis per ante Solem, supra terram subuehitur Heliaco ortu. Deinde orto Sole statim labitur sub terram. Ideo dicit Hesiodus: nocte frui Sirium, id est, mane aliquantis per ante Solis ortum supra terram emergere, at non commorari diu post Solis ortum supra terram. Nomen Sirius à σειειώ factum est, quod inflammare, a refacere significat.

Hu[m] ἀδηκτοτάτη πέλεται.] Describit commodum tempus secandi ligna. Durant enim hæc lon-

go tempore, nec sunt obnoxia corrosioni: Hoc significat ἀδηκτοτάτη, id est, incorruptissima, à δηκω, id est, mordet, quæ non mordetur à uermibus.

Per ὄλμον ξιπόδιων, mortarium trium pedum intelligere uidetur. Suspicor enim talibus mortariis usos esse promolis.

Δῶεγν.] Græci appellant palmum, quod munerum datio δῶεγν appellatur. Id autem semper geritur per manus palmi. Vitruvius lib. 2.

Γύλων.] Id est, dentale, uocant lignum cui uomer inseritur, quod, tanquam artus continent corpus humanum sic dentale contineat uomerem.

Πεύκον.] Id est, lignum, est enim ualidissimum.

40. Εὔτανον αὐθινάντι.] Cererem uocat Athenæam, quod ipsa Athenienses, atq; adeo omnes homines de frugibus docuerit. Potest tamen etiam uel ad Erichthonium, uel ad Triptolemum referri.

Ελυμα.] Id est, buris, lignum longum est, cui insertum est dentale. Locum Vergil. i. Georg. cum hoc confer, qui sic incipit:

*Continuo in sylvis magna ui flexa domatur  
In burim, &c.*

Δοιά δὲ θέατρον ἀρχοντα.] Indicat patrem familiās oportere bene instructum esse, ne quis casus per inopiam suppellentilis remoretur rusticum laborem.

Aὐτόγυνον

Αὐτόσιον.] uocant cū uomer est insertus dentali.

Αξαῖς.] ab ἄγω uenit, quod in præsenti in usu non esſt.

Αἰον.] Quod non arroditur à uermibus, nō ſentientis illos uermes. οὐc enim uermis ligni eſt.

Δάφνης.] Plinius numerat quoq; illa ligna inter ea quæ cariem neſciunt.

Βόες δ' ἐνναετήροι.] Cuiusmodi boues conueniat agricolam habere.

Τοῖς δ' ἀμα τεσαρεγκονταετίς.] Habes hoc loco præceptum de ministro, qua hunc etate & moribus præditum eſſe oporteat. Et ſi tantum in ministro requirit Hesiodus, ut iuuuenem bobus præficere noluerit, quanto minus Ecclesiasticis & Rebus pub. præficeret.

Οχταβλωμον.] Id eſt, octo morsuum, ita tamen ut unum fructū habeat binos morsus. Βλωμὸς morsum significat.

Καὶ θηιασοείνη ἀλέαδαι.] Hoc Vergil. in i. Georg. imitatus eſt hunc in modum:

Dum ſicca tellure licet, &c. —

Nam ſera ſatio obeft, neq; ſecūda ſatio tantum comodi habet, quantum tempeſtiua illa cum robusta farra feruntur.

Πλοέειν aut πλοέειν.] Eſt percelli & tanquam aeronitum reddi, gaffen.

Φερίζεσθαι δέ εὖταχ.] Hactenus suppellectilem rusticam & familiam agricolæ pertractauit, sequitur nunc quando sit arandū, & quoties sit arandum. Porrò Poetae fingunt grues auolare in meridionalē regionem, in Aegyptum uidelicet, ubi belligerantur cum pigmæis, ut est apud Homer Iliad. lib. 3.

Aīτ' ἐπεὶ οὐδὲ χειρόβα φύνεο, καὶ αἴτεσφατος ὄμβεον.

Verum Albertus scribit non esse fabulosum, sed quod sint ibi monstra quædam similia hominibus. Imitatus est hunc quoque locum Hesiodi Vergilius in 1. Georgic.

Κερδίνων δὲ ἔδακτον αὐδρός.] Id est, terret eū cui non sunt boues, propterea quod iam instat tempus postremæ arationis. In dictione ἀβύτω longa breuem concipit, ut sæpe supra.

Πνῖθιον γέ ἐπεὶ πεῖν.] Negligentiam & insciciam rusticorum taxat qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem semper sunt intenti, id quod miserrimum est. Est autem iucundum cum primis in hoc carmine Σχῆμα περιηγητα λείψῃ, quo confutat eorum rationem qui obijcere poterant: Si quid desiderabimus in re familiari nostra, poterimus ab alio mutuo petere. Et responderet eadem opera posse petere & negare aliquem.

Ab ἀπὸ τοῦ αἰαίρου μαι compositum ἀπανίτα  
δεῖ,

*δένει, & significat denegare.*

Núm<sup>o</sup> 83 è τόγ<sup>o</sup> οίδ<sup>o</sup>.] Id est, ignorat quod lignis opus sit. Nam magna congerie bonorum lignorum opus est ad fabricandum currum.

Eūt' aī δ' n̄ πρώτης.] Totus ille locus ad arationem pertinet, & est adhortatio ut statim admoueant manum operi, non tantum famuli, sed & ipse pater-familiās. Addit deinde signa & circumstantias, qualis terra sit aranda, siccus scilicet et humida. Columela in hanc sententiam inquit: Neq<sup>z</sup>, succo careant, neque abundant uligine. Ita Hesiodus iubet siccām & humidam arare, id est, non lutoſam, & tamen madefactam. Meminerunt quoq<sup>z</sup> huius præcepti Plinius & Theophrastus.

Eiaei πολεῖv Δέpe<sup>o</sup>.] Præceptum est de reliquis arationibus. Pingue solum solet quater arari, bis solem bis frigora sentit, sicut est solum Italicum. Qui uero tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio. Secundo arant mense Iunio ante solsticium, Latini iterationem, nos brachen uocamus. Postremo ante semētem aratur, hoc Lacini iterationem uocant.

Neiōv δ' επειρεῖv ἔn.] Adiecit præceptum quod interualla sint facienda agris quibus interspirent et quiescant, sunt enim multò feraciores si permiseris interualla, quam sine interuallis. Ejq<sup>z</sup> hic locus com-

mendacio noualis. Nam cū terra quoq; annis ferendo non sit defatigata, nec penitus exhausta, sic ut copiosiore fructū ferat & gravior quoq; sit. Est autē nouale (teste Plin.) q; alternis annis seritur. Operæ pretium faceret studiosus puer, si quæ sunt in i. Georgic. Vergil. cum hoc loco conculerit, ita sine negotio Hesiодis sententiam pincerit adsequi.

Αλεξιαρν.] Id est, pellens execrationem, solent enim agricultorē maledicere quando fructus ex sententia non proueniunt. Sic Hercules αλεξιαρν δīctus est, quod depulerit mala hominibus, & fuerit dominus monstrorum.

Εὐχαρακτὴ Διὶ χθονίῳ.] De sacris faciendis præceptum. Admonet superos esse precandos, ut hominum studia & labores bene forcentur. Idem facit Vergilius & Xenophon magnifice in Oeconomia. Quidam per cerrenum Iouem intelligi putant Plutum: ego uero cum puto, qui gubernat & regat terrena.

Ισεγv.] Id est, arām. Alludit enim ad Eleusinia Cereris sacra, quæ Athenis fiebant, & uocabantur mysteria. Videntur autem mihi fuisse conspirationes & fædera, quibus se adstrinxerant ad ciuilia officia ciues, hoc potest colligi ex Cic. ubi de Eleusinijs sacris disputat. Erant autē maiora & minora sacra, & hæc sub autumnum fiebant. Porrò fingunt Ceres

rem

rem, cum per orbem quereret filiam, humaniter ab Atheniensibus receptam esse, & ideo illis hanc gratiam reddidisse.

*Αρχόμενος τὰ ὅπωτ'.]* Circumstantia est quomodo sit arandum, nam supra dixit quando & quocies sit arandum.

*Ενδρυοι.]* Lignum significat quod est proximum cemoni, alioqui cor arboris hac uoce significatur.

*Μεσάβοι.]* integrum est, Poeta μεσάβοι fecit. Julius Pollux lorū esse dicit quod boues iugo alligat.

*Πλόνοις ὅπερι θεασινηδίν.]* Illa fuit absolutio sententiae, est autem solacum hoc quod à Græcis fieris solet. In arando debet subsequi aliquis qui scamna, id est, maiores glebas confringat. Vergil.

Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes  
Vimineasq[ue] trahit crates, &c. —

Et Plinius: Crate dentata, uel tabula aratro annexa, quod uocant lerare, operientes semina. Hæc descriptio agriculturae non conuenit cum nostra.

*Μακέλην dicunt ein bækken uel bicke.*

*Δικέλην ein Karst.* Verg. locū de occasiōe buc refer.

*Εὐθυμοσών γένος αείσην.]* Epiphonema est. Credemibi multum commodi adfert industria. Homo ignavius uix unquam ditescer. Solet aut sic poeta subinde spargere sententias de diligentia, quod sine ea nemo quicquam laude dignum efficere potest.

Adpōv.] μέγα παχύ Hesych. exponit, nos feyße fruchtbar. Et est sensus, si ita fregeris glebas, ubi ita subegeris solum, s̄ hic et multa ubertate, seu (ut Columella dixit) pinguedine nutent ad terram. Elegans pictura, seu ψωτύπωσις huius carminis, quem ita describit ut oculis planè subijciat.

Ei τέλος ἀυτὸς ὅπερ ὄλύμπῳ.] Egregia bac sententia est, quam nemo negare potest ex Patrum religione promanasse, ac ueluti per manus traditam esse. Conuenit enim cum primo decalogi praecepto, quo iubemur Deum honorare, ac illi fidere. Timemus cum impia fiducia nostri relicta, omnē spem in Deum collocamus, hoc unum cogitantes, ne in rebus prosperis insolescamus, contrā in aduersis deiiciamur.

Ad hunc modum Hesiodus agriculturam, & quicquid est laborum nobis commendat. Vult ut pro se quisq; acriter in laborem animum intēdat, uerum finem laborum, & ut nos uocamus benedictionem, nō nisi à Deo expectet. Quod si ille laboribus nostris affulserit, ac gratam auram commoda tempestate aspauerit, nemini dubium esse debet, quin suum quoq; labores adsequantur finem & huiusmodi felix messis proueniat, ut (quemadmodum hic dicit Poeta) sit atendum omnibus uasis repurgatis, quibus diu non sis usus.

Πολὺ

Πολικύ<sup>έαρ.</sup>] Id est, Canum uer, Epitethon ue-  
ris, quod adhuc ab hyeme & pruinis canescit.

Εὐωχέων.] cum ω in antepenultima scribēdum  
est, concipit autem rursus longa breuem, ut sāpe iam  
supra.

Εἰ δέκεν πέλιοιο θόμης ἀργής.] Aliud p̄ce-  
ptum est, uidelicet quod tempus sit uitandum, nec est  
quod ordo in p̄ceptis te magnopere moretur. Po-  
teris enim per te fingere tibi uel hunc uel aliud ordi-  
nem, sitq; hoc secundum p̄ceptum.

Τερπάς Græci omnes conuersiones uocant. Estq;  
θοπὴ χειμερινὴ ηγῆ θεεινή, id est, solsticium aestiuū  
& hybernum, quod Latini rarò solsticium, sed bru-  
mam uocarunt διπὸ τῆς βεραχείας ἡμέρας ut Serui  
us ait. Vocant etiam aequinoctia conuersiones, quia  
tunc Sol quasi conuertit se, & incipit descendere. Ita  
in conuersione hyberna, quando Sol longissime distat  
propter obliquitatem, tunc uertit se, & incipit ascen-  
dere, quia est statio Solis. Ideo monet non esse aran-  
dum sub Brumam.

Οἴσεις δ' ἐν φορμᾳ.] Extenuatio est, Domum 42.  
portabis, non uebes, opus erit tibi calatho, non onu-  
sto plaustro, habebis enim multum culmorum, & pa-  
rum granorum.

Φορμός dicitur quicquid consutum es. φόρμ-  
ον stragulum factum ex iuncis, ein Decken, binc

*Phormio parasiti nomen.*

Αλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζνύδης νόος αἰγιόχῳ.] Tertium præceptum. Alio tempore sunt aliae tempestates, aliquando citius, aliquando serius serendum, ut finent tempestates. Quia nonnunquam differt Iupiter tempestatem, & quando nos felicissimum annum speramus, tunc deploratissimum experimur. Ergo Ioui committenda huius rei cura, ut perficiat ex sua sententia quæ uoleat.

Εἰ δέκεν ὄψ' ἀρέσσεις.] Quartum præceptum de sera aratione. Si autem serò araueris, hoc poterit esse remedio, & uerna aratio cum felix esse poterit, si pluerit ad tertium usq; diem, ita ut pluvia neque superet ungulam bouis, neque destituat, in summa, ut impleat uestigia. Nam tum terra permadefit, et uerna satio nihil infirmior fit autumnali. Et quia humor est principium uitæ, ideo fit quod humor tam facile non lædat quam siccitas. Est autem pulchra periphrasis Veris, cum inquit, οὐ μόνον κακούς κοκκύζει. Cuculus enim ueris tempus adesse cantu suo prænunciare solet. Et principes Saxoniæ hunc morem habent, ut qui prior arcu percusserit cuculum, aureum habeat.

Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσει.] Admonet rursus diligenciam, solet enim subinde morales sententias aspergere, præcipue de sedulitate cuius usus erit

uis in omnes uitæ partes se extendit. Nam ut res diligētia crescūt, ita socordia decrescunt. Iā cū nemo sit, quemadmodū Quintilian. inquit, qui non labore et diligentia sit aliquid consecutus, quæ prauitas humanae mentis est, aut quæ uerba, oscitantiā magis quæ dedecori hominibus est, quam diligentiā, ex qua nomen dignitasq; paratur, uelle amplecti? In studijs literarum homines docti socordia multa dediscent, ut est uidere in Cicerone & Hortensio. Reſte itaque Hesiodus facit quòd tam diligenter sedulitatem hominibus commendat.

Παρ' Ἀριστοτέλειον Θῶνον.] Monet arationis tempore & cum negotia sunt expedienda, conuenticula & alias nugas relinquendas esse. Atque hunc locum, quia per utilis est, quibusdam circumstantijs amplificauit. Prior est quod quamvis nos simus cessatores, tamen tempus minime cesseret aut ferietur. Eam sententiam deinde repetit et auget ab effectu famis. Siquidem tempus consumis, quod in opere faciendo sumere tibi potuisses, fiet ut ignauia te in hymene deprehendat, & fortiter cogaris esurire. Quòd si famem uitare non poteris, certum est quod in ualeatu dinē aduersam incides & maxime in dolorē pedum. Solet autē frigus naturaliter tumorem afferre, quia sanguis frigore coagulatur. Aristoteles prima ſectio ne Problematum ſcribit fame diuina laborantibus

*pedes intumescere. Huc alludit Hesiodus cum iubet cauere, ut fame tumefactum pedem demulcere nos oporteat.*

*Χάλκειον θώκον.] Αἴνεα μέσην, id est, tabernam vocat, erant enim confessa in officinis ferrarijs.*

*Ἐπ' ἀλέα.] in locis calidis exponi potest. Quanquam suspicor mendum esse in tono ut sit ἀλέα scribendum ab ἀλέομαζευτο, uerum nolo quicquam mutare. Vetus est autem et supra ἐπὶ cum accusatio in ista significatione dum ait, ἐπὶ ἀπειρα γαῖας. ἀλέον uero locum tepidum in aprico situm significat.*

*Λέχαι.] Quondam dictæ sunt conuenticula philosophorum, deinde, quia inter ipsos de rebus leuisimis plerunque agitabatur, factum est, ut λέχαι dicentur uulgo nugæ. Suidas Homerum citans, inquit: λέχας ἔλευσον δημοσίους πινάς τόποις, εἰς οὓς χόλην ἄγουντες σκαθέζοντες πολλοί. ὅμηρος.*

*Οὐ θέλεις εὖσθαι χαλκήσον ἐς διόμον ἐλθῶν, Ηέπυς ἐς λέχην.*

*Πόλλα δ' ἀεργοῦ αὐτῷ.] Ignavia effectū prosequitur. Indiges uir multa mala concipit in animo: fieri enim non potest ut mens hominis planè sit otiosa, itaque uarios dolos ac fraudes excogitant, hi qui rerum inopia laborant. Vnde Columella recte dixisse iudican-*

judicandus est, dum inquit: *Homines nihil agendo male agere discunt. Nihil enim usquam quicquam scelerum est, neq; ulla quantumuis pessima flagitia designantur, quæ non ex ignavia ueluti ex fonte promanant.* *Huius rei passim in omnibus ciuitatibus, pagis & uicis plura exempla quam numerari queant, à circulatoribus & decoctoribus eduntur, qui dū inanem spem (ut Hesiodus uocat) nimis diu fouere, tandem ad furtar, latrocinia, & sacrilegia animum applicant.* Quare, ut hæc flagitia è medio tollantur, solus labor remedio esse poterit. *Est enim per laborem aditus ad uirtutem: per desidiam uero ad omnia genera flagitorum non aditus tantum, sed rectissima uia.*

*Δειννυε δὲ δύωεσι Θέρος.] Spargit rem in personas, atq; ita à temporis circumstantia auget. In media æstate certa opera præscribe. Sequitur ratio, quia non semper ætas erit. Hæc sententia speciem prouerbij habet, qua monemur occasionem temporis non esse negligendam. Et nota est fabula de formica & cicada. Quin & Germani uulgari dicto cesso- rum socordiam notamus cum dicimus: Post gratum Solis calorem, ingratum frigus experiemini.*

*Θέρος.] pro Θερης Dorice.*

*Μέλια δὲ Ανταῦα.] Amplificatio est à tem- poris descripcione longiori. Describit enim hyemem,*

*et est similis loco apud Ver. in Geo. copiosiss. tractat.*

Ληναύων mensis Brumalis est, partim cadens in Decembrem, partim in Ianuarium. Luna Græcis menses faciebat, non ciuilis ordinatio aut Sol. Porro ληναύων Ianuarium esse apparet ex Gaza qui ait: ληναύων δὲ νοὶ ἀυτὸς οὐδὲ Ιανουαρίον ὄντα. Id est, Linæona autem & ipse norat Ianuarium esse. Linæa enim Bacchi feriæ & Pythia sub id tempus agebantur, cū uini primitias libabant. Cōmentarius in Equit. Aristoph. cōtinet, adolescentes eo tēpore solitos fuisse circūuehi q de plaustris conuitia iaciebāt.

Bέσθοργ.] Frigora uocat quæ adurunt & excoriant boues, sunt ea autem in mense Decembri cum maxima uis Aquilonis sentitur, cui Germani à frigore nomen fecerunt cum uocant ein schindt den hengst, quasi dicas excoriatorē boum. Δέργα Græcis excorio significat.

Πνεῦσαντ Θόρεασ θυσιλεγέες.] A circunstantijs rē tractat, uidelicet unde spiret Boreas, & quid soleat fieri cū spiret. Spirat aut̄ per Thraciam, quia ad septētrionē Græcis Thracia sita est. Multas quer̄t, altas abites de mōte deiicit in uallē ad terrā. De inde auget ab habitu animantiū, Etiā ferae sœuiriā byemis ferre nō possūt, quas natura munijt, quāto minus nos. Τερχαλὸν δὲ γέργυτα τίθησι. ] Distributione quadam byemis incōmoda recenset, & ap̄eifime

fime dicit incuruū senem Boreæ iniurijs obnoxium,  
quod hæc ætas omniū maxime gaudeat sole et fugias  
frigus, unde notū est illud: *Ec apricos meminisse sea-  
nes.* Periphrasticā, aut uirginem innuptā descripsit,  
quod opera aureæ Veneris ignoret: *Estq; diligenter  
obseruandū quod innuptæ non prodibant in publicū,  
sed adseruabantur domi.* Sed hæc cantilena non gra-  
ta admodum foret nostratibus puellis.

Αἴπ'.] Apocope est pro λιπαρός ἐλαίῳ, id est pin-  
gui oleo. Nam postrema syllaba abiecta est.

Ηματι χειμερίῳ ὅτι αὐόστεΘ'.] In hac descri-  
ptione hyemis & Polypi piscis mentionem facit. Cu-  
ius hæc natura est teste Plinio, lib. 9. cap. 19. ut fame  
laborans sibi pedes arrodat, quo maxima hyemis sa-  
uitia notatur. Et quia uehementer frigore læditur,  
latet plurimum in antro suo, nec egreditur pescatum  
unde colligi quoque potest in frigidioribus aquis non  
esse. Per astatem conuehit & reponit uictum, perin-  
de ut formica, testis est Theophrastus. Sunt autem  
polypi multæ species. Verum maxime cū illis cognaz-  
tus esse uidetur quos Albertus Ralias uocauit die  
rochen. Piscis magnus est, habens octo pedes, in qui-  
bus duo extremi pedes cotilidones habent, id est, con-  
cauitates, quibus nictitur & affigit se bis quæ prehendit.  
Vnde in Aulularia Plautus ait de auaris: *Ego  
istos noui polypos, ubi quid ceterigerunt tenent.*

Athenaeus multos authores citat, qui scripserunt facile laborantem polypum in caverne brachia sua rodere, cui sententia & Oppianus & Albertus suffragantur. Sed Athenaeus & Plinius putant id accidere polypo à congris. Hesiodus uero hanc speciem αἰόστον uocat, quod spinam non habeat, sed cartilaginem pro spina. Dicunt illum uenari pisces mira industria, cum alioqui sit animal timidum. Verum ita comparatum est, ut illi consilio polleant natura, quibus robur est negatum.

Αλλ' επὶ κυανέων αὐδρῶν.] Id est, Sol uertitur supra populum nigrorum hominum. Intelligit autem Æthiopes qui sunt in Aphrica, quorum etiam nunc quidam sub imperio Caroli Cæsaris sunt. Κυάνεον Græci uocant quod nos cæruleum, lasur / estq; metalli genus, metaphoricè pro obscuro & atro. Est autem sensus, Sol uoluitur supra meridionales homines, nec diu moratur supra nostrum hemisphærium, uidelicet Græciæ.

Καὶ τότε δὲ οὐεγοῖ.] Adhuc in hyemis descriptione commoratur. Cornutæ ferre & non cornutæ lugubriter frendentes per sylvas fugiunt.

Μύλη dentem molarem significat, à quo fit uerbū μυλιάω, quod significat dentes incutio, strideo propter frigus. o litera interposita est.

σπύρα loca arborib. cōsita suut, Hesych. p. iſcribit.

Γλάφυ

Γλάφυ.] pro γλαφυρόν, apocope est, & significat 44.   
 frēsum & concavitatem petrosam.

Tóte δὲ ξίποδι βερτώδοι.] Et hoc loco po-  
eta delectatus enigmate Sphingis, Nam senes solēt  
in baculum incumbentes demissō capite incedere, &  
terram inspicere, Vnde & silicernij dicti sunt. His si-  
miles esse dicit feras, cum penuria uictus laborantes  
propter niuem, undiq; per sylvas discurrunt.

Νίφα.] Rursus Apocope est pro νιφάδαι, fre-  
quens Homero.

Καὶ τότε ἔσασθαι.] Versatur per omnes circum-  
stantias corporis, & monet propter frigus arcendum  
crasso panno & multis pilis intertextis utendum es-  
se. Græci uero usi sunt admodū honesto uestitu, quem  
admodum & reliqui honesti populi Romani & Iu-  
dæi. Pallio usi sunt supra tunicas, χτῶν uero uestis  
interior erat.

Κεφαλή.] Accusatiuus est pro κεφαλή, & signi-  
ficiat id quod subducitur, ein eyntrag. apud Pollu-  
cem in libro de uestibus.

Ινα τοι ξίχας αἴγεμέωσι) Id est, ne horreat cor-  
pus nimio frigore.

Αλεκύ.) ab ἀλεκύδαι, ut habeas quiddam quod  
arceat pluuiam.

Ψυχὴ γδ τὸν οὐς.) Enumerat iam caussas plu-  
iae. Quemadmodum enim uapor ex olla in operculo

repercussus in aquam resoluitur. Sicut uapor ex terra innubibus repercussus in aquam resoluitur, et deinde decidit. Humeat autem aer sata et arua, itaque addit conueniens epicethon πνευφόρος. Postea quid uentus sic dicit, nimirum nubium agitatio.

45. Τῆμος θεῶν βυστίν.] Bobus adseruandum esse dimidium pabulum, uero uero ut super sit aliquid in noctem scilicet. Nam Greci homines tunc cœnobant et largius quidem.

Ἐπιρρόθιν.] Accurrere significat.

Ταῦτα φυλασσόμενος.] Absoluimus hancen-  
tus descriptionem hyemis, nunc autem Veris descri-  
ptionem hoc caput continet. Estq; primum signū quan-  
do Iuppiter sexaginta dies, id est, duos menses, Ianu-  
arium uidelicet et Februarium confecerit, post bru-  
viam uel conuersionem Solis, cum stella Arcturus  
nuncia ueris primum apparere incipit. Est autem  
Arcturus stella sub zona Boote: oritur Chroni-  
ca ortu, id est, uespero initio Veris quando Sol ingre-  
sus est Arietem.

Τὸν δὲ μετ' ὄρθρογόν.] Aliud est signum ueni-  
entis ueris. Vide Ouidium in sexto Metamorphose  
os quare birundo dicta sit Pandionis filia. Comperi  
autem lacere hyeme birundines in nido suo tan-  
quam mortuas. Proinde non puto auolare eas. Toc-  
tam hyemem habent secum recentia sua. Reuiuia  
scunt

scunt autem sub aestate. Quare iudico mirabile quod adam opus esse ac imaginem resurrectionis nostrorum corporum.

*Tl̄w φθάρης οίνας.] Summa buius loci est quod tempore Veris sint amputandæ uites, nec sit expectandum donec maior aestus aduenerit. Turgescit enim tunc in palmite gemma, nec potest esse sine periculo, si tunc putentur uites.*

*Οίνας.] Dicunt significare palmices, vocabulum uetus est, apud iuniores ἀμπελός in usu.*

*Αλλ' ὅπόταν φερέοιχτο.] Hoc præcepto messis tēpus describit. Quando aestus, inquit, cœperit esse uabementior, ita ut querant humidiora loca testudines cum falx erit acuenda et seges demetenda. Est autē omnino tēpestiuor messis Gracis quam nobis. Sunt enim illi magis ad Orientem et meridiem quam nos. Quare uariante hæc præcepta, nec ad singulas regiones accommodari possunt.*

*Φερέοιχτο.] Epitheton testudinis est, dicitur enim domiporta quod ad eam suas circumferat. Nota est fabula de testudine quæ sola domi remansit, cum reliqua animātia omnia suauissimis epulis Iouis accipiebancur.*

*Σκαφὸς.] Instrumentū est rusticū apud Pollucē.*

*Φεύγειν δὲ σκιερὸν θάλαττα.] Vides quam non posset Poeta sedulitatis oblinisci. Prohibet enim*

tempore messis somnum ad multam lucem esse protrahendum, quod eo tempore reponenda sunt quibus in hyeme fruamur. Iam qui ad auroram atque in medios id temporis dies stertere uoluerit, miserā profecto uitam trahet ubi hyems sui memoriam nobis in animum sēmel cæperit revocare, ibi tum licebit experiri uerissimum esse cicadæ & formicæ apogum. Plurimum & uenustatis & utilitatis hæc sententia habebit, si quis ad studia literarum traduxerit, cum illa cessatorem minime requirant, & qui in multam lucem quotidie stertat. Adiecit deinde, ceu Gnomas quasdam, optimos uersus, quibus matutina opera bonis minibus commendat, & dicit auroram tertiam operis partem absoluere. Item eos qui mane surgunt plurimum promouere quo scunq; labores suscepint. Postremo etiā boues facilius ferre matutina opera quā meridiana. Experiuntur etiam studiosi bonarum literarum Auroram Musis esse amicam. Quare diligenter has sententias obseruent & meditentur hi qui animum ad literas applicuere, quiq; parentum & amicorum expectationi æquissimæ satisfacere uolentes.

Hu[m]d[u]s σούλυμός τ' αὐτοῦ.] Aestatis à Solsticio descriptio. Primum ponit prognosticum maximū aestus, deinde quid faciendum sit. Græci post Verstantem incipiunt messem. Deinde sequitur solstitium aestivalē, tunc nos habemus messem.

**Σκόλυμος.]** Cardus dicitur flore purpureo, quo nomine & reliquæ species censemuntur, ut sunt Palium, Chamæleones, Acanthi. Vide Plin. lib. 20. cap. 23. & lib. 22. ca. de carduo. Venerem stimulare in uino, Hesiodo et Alcaeo testibus, qui florente ea cicadas a cœrri mi cantus esse, & mulieres libidinis audiissimas uirosq; pigerrimos in Venerem scripsere.

**Ἐπεὶ νεφαλεὺς καὶ γάνατα.]** Ratio, quare hoc 46. tempore uiri debiliissimi sint, & mulieres lasciuissimæ, quia calor resoluit totum corpus hominis, ergo leduntur magis æstu quam frigore uiri.

**Καὶ Βίβλον οἶνον.]** A Biblia regione Thracia Biblinum uinum dictum esse Athenaeus scribit lib. 1. testatur autem dulce fuisse, atq; à Siculis Pollium uinum dictum esse. Et Homerus non uno loco testatur Thraciam nobilia uina habuisse.

**Μάζα τ'.]** Libum lactuum intelligit ex recenti lacte, siue lac coagulatum. Nostri homines uocant ein zieger. Deficiunt autem lacte nisi mulgeantur caprae, iuxta Vergil.

Quā magis exhausta spumauerit ubere multa.

Lacta magis pressis manarint ubera mammis.

Item caprae uincunt copia lactis oues, laudaturq; lac caprarum plus in libo quam ouium. Poterit & hoc huius loci sententia esse, quia sub Autumnū statim admittuntur caprae ad conopsum, & deinde dī-

ficiunt. Utere igitur dum potes.

Σβενυμδράων.] Αεοικα dialektus est cum a sic  
interposita, quasi dicas extinctarum aut non lactan-  
tium.

Καὶ βότρ ύλοφάγειο κρέας.] Vitulinā carnem  
intelligit, quae non improbat sana esse homini. Ca-  
terum enixa bonis carnem non laudas Poeta.

Περφαγόνων.] Illa enim caro est ualde lauda-  
ta quod facilis sit concoctu. Estq; in astate istis cibis  
utendum qui facile concoqui possunt. Itaq; & huius  
mentionem hic facit Poeta.

Αἴδοπα οἶνον.] Vel à calore dixit, quòd aduris  
faciem, uel à colore. Laudantur enim magis astate  
rubra uina quòd pinguiora sunt & magis alant cor-  
pus. Cetera tenuiora sunt & facilius penetrant.

Αρίον τύχερί τρέψεις.] Inter ceteras uolupta-  
tes non postrema est si quis in astate sub umbra gra-  
tam auram capiet, ita ut faciem uersus leviter susur-  
rancem uentum uerat. Intelligit autem hoc loco Ζα-  
phyrū, quod Euri, Boreæ & Zephyri astate sint tem-  
perati. Auster uero plerunq; noxius est, tam astate  
quām byeme. Erit maior bac uolupcas si adfuerint  
riuuli perpetuo scaturientes, quibus semper multum  
delectati sunt Poeta.

Αθόλωτρός.] Χρήσιμος ἀθόλος qui sit sine limo, eus  
qui non sit luculentus.

Τεὶς ὑδατῷ περχέειν.] Consuetudinē Graecorū obseruabis, qui nunquam merum uinum soliti erant bibere, uerum semper uinum aqua diluebant, ut restatur Athenaeus lib. 10. qui hanc cōsuetudinem diluēdi uini fuisse dicit, ut ad duos uini cyathos, quinque aquæ adderent, alicubi & ad quatuor uini cyathos, duos aquæ. Ex Menandro citat Athenaeus.

Καὶ τοι πολὺ γένεται οὐδεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσητε  
Επινοι τρεῖς ὑδατῷ, οἴνῳ δὲ σύ μόνον.

Sic Atheneus:

Καὶ Διοκλῆς ἐν μελίσσαις, πῶς δῆλος οὐκεργάμψον πάνειν τὸν οἶνον δὲ μή τέτταρα καὶ δέλυο. οὐ δὲ οὐδέσις αὖτι παρὰ τὸ θεῖον οὐσα ἐπέμυνσε τὰ χαράκα τηνῶ Θρυλλαρμάνην παρειμίαν, οὐ πεντεπάνειν οὐ τεία οὐκέτη τέτταρα. οὐδὲ δένοιο περὶ πεντεπάνειν φησὶ δένοιο οὐδέποτε ζεῖται.

Apud Locrenses erat capitale uinum bibere ijs qui erat in Magistratu, nisi Medicus iussisset. Item Romani adolescentes non erant soliti uinum bibere ante uicesimum annum, & Scythice bibere dicebant merum bibere, quasi barbare, ut quibus sint robora malidiora. Sic bibit apud Homerum Polypheus Odyssæa.

Περχέειν.] Infinis pro imperatiuo, sic ἔριδη.

Δυῶσι δὲ παρθένειν Δημήτερ. ] Seruauit  
μητρούς ordinem Poeta, ut à Vere describeret quicquid

*singulis anni temporibus fieri conueniret, nunc subiicit praeceptum de tritura qua sit in mense Augusto, cum mane ortu Heliaco paulisper ante Solem emer gens Orion cernitur. Vergil.*

*Et medio costas aestu terit area fruges.*

*Addit locum in quem sit reponenda area, nimirum qui sit uentis expositus, & quia fruges debet correri a Sole, ergo necesse est locum esse expositum Soli. Eadem uerba sunt in Varrone de rustica quæ hic sunt. Area, inquit, sublimiori loco qua perflare possit uentus. Alij intelligunt area bene aquata. Solebat enim Cylindro aquari, ut esset apud Vergil. nec ubi impingerent. Verum Varro rotundam esse dicit, huc ego sequor. Vsi sunt equis aut bobus in trituratione qui tabulas trahabant, et ita excutiebant grana. Unde illud est in sacris literis: Boui trituranti non obligabis os.*

*Μέτρω δ' εὐχομέσαδε.) Monet mensurandas esse fruges, ut sciat agricola quantum ex agro redat.*

*Θῆτ' ἀοικον ποιεῖσθαι.) Conducendum suader mercenarium aliquem, qui possit rebus domesticis uacare qui non habeat multa quæ sibi ipsi domi agant. Fieri enim non potest ut multa simul bene agere possumus, inquit Xenophon. Eadem ratio habenda ancillis, ut non habeat liberos. Subiicit deinde præceptum de Ca-*

*de Cane, quem uocamus Custodem rei familiaris. In hoc alendo admonet sumptibus non esse nimium parcendum, quia obseruet ne fures clanculum intrent in aedes domini, ac surripiant quippiam. Graeci trifaram canes distinguunt, idque ab officijs, sunt enim i<sup>χ</sup>v<sup>λ</sup>πνοι quos nos indagatores uocamus, canes uenatici, nobilibus & diuitibus admodum grati qui uenationi operam dant. Sunt rursus qui oīχv<sup>λ</sup>εgī uocantur, quasi dicas custodes aedium. Agunt enim excubias praeforibus, & de his Hesiodo hoc loco sermo est. In tertio gradu sunt Μελιταῖα κυνίδα, id est, Melitaea catella nulli rei utiles, præterquam quod in deliciis sunt prædiuitum matronis. Unde etiam in proverbium abiere de delicatis.*

*Καρχαιόδοντα.) A sonofactum esse uidetur, epicheton canis. Sunt enim asperrimis dentibus, & omnium firmissime retinent, qua sunt semel intra fauces recepta.*

*Φείδο.) οὐ in somutatum, & rursum eo in oufisi opus. Est enim eadem ratio dissoluendi que contrahendi.*

*Ημερόκοιτο.) qui interdiu dormit & noctu obambulat, quod fures solent. Suidas furem & piscem significare ait.*

*Χόρτον δ' ἐσκομισαγή συφερτὸν.) Quod de cane dixit, idem de bobus & mulis intelligi debet. Neque*

que enim conuenit parum liberalem esse erga eos quorum opera in colligendo uictu plurimum sis usus. Monet itaq; Hesiodus in annum uictum paleas & fœnum comportari debere, quibus hoc quoq; subindicat Agricolam nō oportere studiosum esse tantū frumenti, sed etiam aliarum rerum uiliorum. Ferè fit enim ut qui res in speciem nullius pretij negligat, etiam res maioris pretij sensim incipiat fastidire & amittere. Et notus est Senarius:

Εἰ μὴ φυλάσσῃς τὰ μίκρα, διπολεῖς τὰ μείζονα.  
Δυσδας αἰσθύξαι φίλα γέννατα.] Feriandum esse à labore non tantum homini, uerum etiam pecori. Sunt enim recuperandæ uires, alioqui nemo tam ferens esse poterit, qui sufficeret continuis laboribus, ita illud Nasonis:

Quod caret alterna requie durabile non est,  
Hac reparat uires, fessaq; membra leuat.  
Et sacræ literæ præcipiunt ferias esse habendas à labore, quas qui negligerent auaritia exagitati, indignos esse benedictione Dei. Et nos docemur experientia haud temere ad ullam frugem aspirare eos, qui in præscribendis laboribus admodum sunt liberales, & in supputando uictu et otio à labore plus aquatenaces.

Αὐτός οὖτος.] Scilicet fac, aut ut sit infinitius pro indicatio, refice, recrea famulos. Et quia genua fessis lan-

ſis labant, & fatigatio maxime in his ſentitur, ideo dixit famulis chara genua eſſe reficienda.

**Eūτ' αὖ δὲ Ωρίων καὶ Σείες.**] Posteaquam ordine deſcripsit anni partes, & quid ſingulis fieri debet, nunc ſubijcit caput de autumno & uindemia. Hunc ordinem Colum. imitatus eſt et Plin. aliquando. Oritur Arcturus mane cum Libra mense septembri, quo tempore mane medio celo ſunt Orion & Canis non procul ab occaſu, cum eſt uindemia facienda. Addit deſcriptionem factitij uini, in qua ratione faciendi uinas paſſas complexus eſt. Vide Plin. & Columel. Coquunt primum uinas aliquanciſper Sole, poſtea exprimunt uinum & in lacum ſubijciunt.

**Συκιᾶσται.**] à συκὶ & συκάζῳ compoſitum. Intel ligit autem ex aprico in locum nō expoficum Soli au ferendas eſſe.

**Πολυγνήθες.**] Epitheton Bacchi, quaſi dicas laetificantis. Exhibilat enim uinum homines & no ra ſunt Baccbi Encomia apud Poetas quæ buſ ſpe dant, ut Vergil.

*Adſit laetitia Bacchus dator.*

**Αὐταρπέπιληδὴ.**] Redit ad arationem & ad byemem. Sunt uero ea repetenda quæ ſupradē aratione diximus. Nam pro qualitate & natura ſoli proſcinditur ager. Feracius ſolum ut minimum ter arari ſolet. Iam mense Octobri mane cū Tauro occi

dunt Pleiades & Hyades, item Orion, sed principiū noctis rursum apparent. Pleiades sunt in postrema parte Tauri, Hyades uero in fronte quas Latini scolas uocarunt. Atque ita absolvit Poeta annum, quid in uere, quid in aestate, quid in autumno, quid quid post autunnum, quid Hyeme faciendum sit. Nunc de nauigatione præcepta quædā subiicit, quia fuit illis familiare deuohere fruges & merces quem admodum etiam alicubi in Homero uidere esē. Constatbat autem ueterum negotiatio potissimum in permutatione mercium, & ideo Hesiodus præcepta tradit.

Eἰδέ σε ναυπλίης Δυσεμφέλεια.) Prohibet sub Autumnum esse nauigandū cum Pleiades occidunt propter tempestatem maris, insaniunt enim uenti, et quemadmodum Vergilius ait, qua data porta ruūt. Eæterum post de aestiuia nauigatione dicet, & hanc probat, Orion in sequentis gestum exprimit in ipsas Pleiades, ideo dixit πληιάδας φεύγειν. His gestibus amplificat orationem.

Δυσεμφέλεια.) Epitheton nauigationis est. Sensiunt enim quām sit periculose & difficile in alieno elemento uersari qui aliquando se credidere fluctibus. Hanc uocem compositam esse puto à δὺς καὶ ιώμπω, uel quod agrè remittat afflictos, uel quod sæpe non remittat nauigantes. Varia queritur Etymologia

mologia buius uocis, sed tamen non sunt usque adeo  
anxie quærendæ, quod tantum ad docendum compo-  
sitæ sint.

*Ἑργειδία.] Quia habet speciem aeris.*

*Ἐπ' ἡπείρῳ.] In continentem, id est, littoralem  
terram. Inde Epirus.*

*Χείμαρρος.] Aquam ex imbre collectam.*

*Νηὸς πλεόν.] Remos intelligit.*

*Πισθέλιον.] Gubernaculum nauis, clauum.*

*Ωρᾶς πλόον.] Scilicet cum iam Ver exa-  
stum es.*

*Ωστερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός μέτα νῦν τε Πέρον.*

*Exemplum adiecit Hesiodus patris, quo ostendit  
quatenus probari queat nauigatio, et dicit paupertà  
te patrem fuisse compulsum, quæ nihil nō hominem  
experiri doceat; quod instituerit mercaturam. Ne-  
mo enim eos laudat, qui cum beate possent in patria  
uiuere, ultrò se periculis exponunt. Et Hesiodus ne-  
gat ex Asia profugisse parentem sicut pleriq[ue] ciues  
qui propter inuidiam ex opibus conflata in tuto ma-  
nere non poterant, non, inquit, illa caussa fuit, sed ui-  
tum quærebat.*

*Kαὶ τῆς ἦλση.] Significat hic se in Ionia natū.  
Magnum mare uocat Āegeum mare. Āolicam Cu-  
mam ideo uocat, quia Āoles eam condiderunt. Sitā  
est in littorali Asia.*

48. ΑφειΘ.] Diuitias significat. Proprietamen reditus qui quotannis redeunt, siue annui redditus, fingunt autem uenire ab eis ονός.

Αλλὰ κακλὺ πενίη τὸν ζεῦς αὐδρεσι δίδωσι.] Hic locus ad prouidentiam pertinere uidetur cum dicit Ionem hominibus dare paupertatem, quia saepe accidit ut etiam boni & optimi viri sint pauperes. Hunc locum Aristophanes in Pluto diligenter prosequitur, apud quem, que opus sunt ad banc rem, requiras.

Νάοσατο Δ' ἀγχ' Ελικώνιθ.] Describit nūc patriam suam Poeta, & dictum est iā saepe fuisse pagum ad radices Heliconis ubi habitauerit Hesiodus & quod Pausanias scribat ipsum fuisse in Helicone sacerdotem Phœbi & Musarum. Non incommode hic uersus μαργιμακῶς possit usurpari, in quo huiusmodi laudes patriæ suæ enumerat, ut nulla ferè anni parte commendari queat, Hyeme, inquit, mala est, æstate difficilis & incommoda, breuiter nunquā bona. Ouid. huius facit mentionem.

*Eget perpetuo sua quam uitabilis Ascre  
Ausa est agricolæ Musa docere sensis.*

Τυένδω Πέρον ἐργεων.] Cum in omni re temporis ratio habenda sit, Tu uide ὦ Περσε ut suo quaque tempore facias: alia enim alijs temporibus conueniunt.

Νῦν ὅλην αὐτήν.] *Locus Rheticus* est, uti-  
tur uero Antichesi, in qua aliquādiu commoratur, et  
commendat nobis denuo mediocritatem, & dicit non  
frustra esse si quis magnum quæstum facere uelit, ut  
onerarias naues sibi comparet, & fieri non posse quin  
ex copiosa merco, copiosum quoq; & magnū fructum  
quis auferat, tamē si quis rem ipsam recta uia secum  
reputet, is proculdubio deprehendat res paruas plus  
solidæ habere uoluptatis ac securitatis, quam res in  
speciem magnas. Est enim omnibus in rebus tutior  
mediocritas. Vocamus autem actuarias, breues &  
minores naues, in quibus homines uebi solent tempe-  
state ingruente. Onerarias uero maiores, in quibus on-  
era deportantur.

Δεῖξω δέ τοι μέβα πολυφλοίσθοι θαλάσσης.]  
Occupationem adiecit. Tradam tibi præcepta nauti-  
ca, tame si non bene peritus sim rei nauticæ. Si uolue-  
ris debitum effugere & iniucundam famem, ostendā  
tibi modum quando commodū sit nauigare, & quan-  
do non commodum, licet nauigationis peritus non  
sim.

Λιμὸν ἀπέρπη.] Famis proprium epitheton. Nā  
ut dici solet, præter seipsum cæcera omnia edulcat fā-  
mes. Et Homerus eleganter uentris importunita-  
tem describit in *Odyss.*

Πολυφλοίσθοι.) Fictitia vox est, qua usus poetis

*per anconomasiam pro stridenci mari, φλοισθός enim nihil significat.*

*Σοφίσματά.] Peritus. Nam σοφίζομαι est doceo. Inde Sophista simpliciter doctorem significat. Deinde ubi illi se uerterunt in inanē ostentacionem uocabulum cœpit in uico esse, sicut Tyrannus.*

*Εἰ μὲν ἐς Εὔβοιαν ὁξέα Αὐλίδα.] Subsequitur nunc occupationem historiola, in qua commemorat quomodo uictor exiiterit carminibus in Calchide, & Musis suis in Helicone uictoriale præmium dedicauit, ut dignum erat homine Poeta. Aulis ciuitas lic toralis est in Boeotia, non procul ab Helicone, neque procul fuit ab Aulide in Eubœam. Conuenerunt autem Græci in Aulide cum essent profecturi in Phrygiā. Vide Iphigeniam Euripidis.*

*Calchis est urbs celebris in Eubœa, hodie Nigropont uocant, non multò ante à Turcis magna ui ex pugnata. Apparet sanè Hesiodum Homero posteriore rem centum ferè annis fuisse, proinde cum eo in hoc certamine non certauit.*

*Τείποδῶτόντα.] Id est, tripoda auritum, Athenæus auctor est tripodas significare pocula, non nunquam mensas, & sellas quoque. Puto eum bic loqui de poculo quod aures habere soleat & tres pedes. Vocant autem Græci ansas aures, quemadmodum Germani quoq.*

Αὐτὸν γα.] Id est, reposui, consecraui, uel dedicaui, hinc αὐάθημα.

Επέβοταν.] Nam βιβάζειν εστί πλανεῖν, & tanquam gressus regere, usus εστί Homerus in secundo Iliados.

Μύσαι γέ μ' ἐδίδαξαν.] Significat diuinitus esse doctos poetas, quod hi qui egregium quiddam in poetica efficere uoluerint, opus habeant furore poetico diuinitus inspirato quem furem recte φυσικὰς αρετὰς dixerunt. Et Homerus elegantissime huiusmodi iudicium in homine, & hunc motum qui existit in Heroicis animis, auream catenam cælo demissam esse dixit, significans singularem quandam uitam supra captum communem uulgi diuinitus dari.

Ηματα πεντήκοντα μῆνες.] Aliud caput 49. de aestiva nauigatione quam probat & dicit sub finem aestatis tempore calido esse nauigandum, tamen non facile perire homines, nisi aliquo singulariter malo pereant.

Ἐν τοῖς γέ τέλος δέσιν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶντ.] Proverbialis est hic uersiculus & ualde pius, quo admonemur bonitati diuinæ adscribendū, si quem prosperum successum rebus nostris uidemus, atq; hoc nomine gratias Deo quoque agere, ne ingratitudine nostra offensus finem imponat bonitatierga nos, ac deserat quos prius fuerit amplexus & curatus. Rursus.

si quando mole multorum malorum premimur, non  
ita frangi oportere & de iaci animo, ut non speremus  
Deum facile finem imposicurum omnibus istis ma-  
lis. In banc sententiam apud Homerum grauiissime  
multa dicuntur. Potest & proverbialiter in eos ac-  
commodari qui omnia possunt.

*Mn d'è pdí eiv oñvov tñ vèov nqj.]* Adiecit prece-  
pium dignum memoria, uidelicet tempestius esse rea-  
deūdum domum. Nam oculus Domini pascit equū,  
ut dici solet. Et est hæc cauſa quare melius sit illam  
nauigationem ante autumnum conficere. Quia non  
solum nouum uinum soleat remorari in uitam na-  
uigationem, uerum etiam autumnales imbræ & tem-  
pestates quotidie impendentes, & quod se uissimi fla-  
tus austri ut maxime tum infaniat. Itaq; minime cu-  
tum es cum se uelle mari committere, & commo-  
dam nauigationem propter pocula noui uini inter-  
mittere.

*Xειμῷδ' ἔπιοντα.]* Tempeſtatem ſequentem,  
uel impendentem, ſic quoque in oratione dominica, et  
ἐπίκαιος dies dicitur dies impendens & ſubsequens.  
Noctis uentus eſt pluialis, voris enim humorem fi-  
gnificat.

*ΑλΘ δ' εἰαρὺς πέλεται πλόθ.]* Prece-  
pium eſt de uerna nauigatione quā à ſigno defribit.  
Quando erumpunt primum, inquit, ex ramis aut ac-  
bōribus

boribus germina aut flores, idq; quantum est vestigium  
cornicis, cum est mare meabile. Addit tamen corre-  
ctionem qua deinde peruenit in locum communem  
quod omnia obedient pecuniae. faceor mare esse nauia-  
gabile uero tempore, at qui ego laudare non possum,  
propter uariam tempestatem & pericula qua nauia-  
gantibus ita instant, ut aliquis difficilime effugiat  
malum. In causa est stultitia humana mētis qua  
etiam ipsum petimus cælum, neque quicquam inac-  
cessum relinquimus.

[*Xρύματα γδ φυχὴ πέλεται.*] Gnomica senten-  
tia est qua ratione complectitur, cur homines in tan-  
sam stultitiam incurvant & dicit hoc pecuniam pos-  
se quam homines pluris faciunt quam animam. La-  
te pacet huius sententia uis, in qua explicanda mul-  
tum operæ doctissimi quiq; cum Latinorū, tum Gra-  
corum sumpere. Et paucissimi sanè sunt qui secum  
expendant in quanta mala funesta pecunia miseros  
ducant.

[*Mηδὲνι ννοσίν ἀπαντά β' οὐ.*] Id est, ne somel 50.  
abducas in discrimen quicquid est rerum tuarum,  
nec omnia nauibus committas, sed retine quadam et  
uiliora impone, ne si nauem fregeris de toto uictu pe-  
ricliteris. Generaliter uero mediocritatis laudem cō-  
siner, quam qui seruant, nec nimium ditescere studēt,

fit ut semper habeant unde uiuant, cū alij qui omnia  
in quæstum producunt de tota re familiari, uel au-  
genda uel amittenda incertam aleam fortunæ cogan-  
tur subire.

[Δεικὸν δὲ εἰς ἐπ’ ἀμαζαν.] Adiecit similitu-  
dinem ab onusto plaustro ductam. Perinde enim ut  
si quis supra currū, immensum onus ponat cuius mo-  
lem axis sustinere nequeat, fieri non potest, quin  
cum magno dispendio omnia onera imposita di-  
spentur. Ita in nauigatione quoque usu uenire ut ni-  
mium multa uehendo periculum accersant & nibil  
perficiant.

[Μέχρα φυλάσσεται.] Concludit nunc Epipho-  
nemate generali, et dicit modum esse seruandum. Et  
quia supra de mediocritate multa diximus, repetat  
ea qui uolet.

[Καιρὸς δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἀριστ.] Occasio siue op-  
portunitas optima in omnibus rebus.

[Ωρῶν δὲ γυναικα τοῦ.] Praeceptum de con-  
iugio, Tempeste ducas uxorem, dum adhuc res in-  
tegræ sunt & florent, non in extrema senecta quan-  
do effætæ frigent in corpore uires. Plato & Aristote-  
les de hoc tempore dispuclarunt, nam circiter trigesi-  
mum annum sunt confirmatae uires et maturuerunt.

[Τέτορ.] Duale est, & significat quatuor. Iulius  
Pollux exponit pro quatuordecim, & quinto pro de-  
cimo-

cimoquinto anno, id est quinto supra decimum. Aristoteles & Plato constituerunt puellæ decimum octauum annum nubendi. Præcipit autem Hesiodus adolescentulam esse ducendam ut castos mores imbiberet queat & adfuerere ad mores mariti, quod frustra expectet quis ab anu. Ibi enim nulla similitudo morum est, ergo nec ulla amicitia, & tamē oportet ut sit similitudo quadam uita in coniugio, quia Iureconsultus dicit esse indiuiduam societatem. Aristoteles recenset in Oeconom. hunc uersum.

Μὴ γεῖτοι χαρματα γίρης.) Id est, ne uicini gaudia & ludibria ducas propter tuum infortunium & malum, nempe mala uxore. Et χαρματα exponunt ludibria, hoc est, ne iocus fias quod tam duxeris uxorem. Nam uicini cuiusque produnt ingenium.

Οὐ μὴ γέδο τοὶ γυναικὲς.) Commendat bonam mulierem hic uersus, quam etiam sacræ literæ non vulgariter prædicant.

Δειπνολόγης.) Commæstrice quæ passim adeat conuiuia. Suidas Δειπνολόγον exponit κλεπτοτέχον.

Ὕπ' αὐδλερη καὶ ἕφεμον.) Efficit ut etiam ualidus uir ante tempus senescat, uritque sine face, id est, clam, etiam si foris nihil appareat. Vocat autem crudam senectam que tempestiuæ est. Sic Verg.

*Cruda Deo uiridisq; senecta.*

Galenus in libro de conseruanda ualeudine dicit esse triplicem senectudem, Primam uocari crudam, et qui in ea sunt ωμογέρας dici. Secunda est circa annum sexagesimum, qui in ea sunt γέρας dicimus. Tertia est decrepita, qui eam attigerit πέπλον uocamus.

Evei.] Exiccat, urit, &c. Dicitur etiam αὐξι, uerunq; est apud Homerum.

Ἐν δ' ὅπιν ἀδικάνων μανίασσον.] De religione. Cole Deos religiose et obseruacer. Ita enim omnia prospere succedent. ὅπις curam & respectum significat proprietatem.

Μὴ δὲ καογυνήτῳ ἰοον.] Hoc preceptum plenum humanitatis est & significat nullam amicitiam, nullam necessitudinem præponendam esse sanguinis coniunctioni. Cic.li.1.ad Atticum, Posteaquā à fratre discessi, neminem pluris quam te facio. Est uero à natura et diuinicus homini inspiratus, nullam esse sanctiorem coniunctionem quam fraternalē. Quod si uero alium tibi adiunxeris, tunc uide inquit nestim te sciungas ab illo, quia non multum conducit nos amicos habere.

Μὴ δὲ φεύδεσθαι γλώσσης γάστρι.] Hoc est, ne præteferas benevolentiam simulacrum, nec aliud sensas & aliud dicas. Hac est germana expositio,

nes est ita accipiendū, ut χάριν χειρότερον intelligas,  
sed ne similes, ne præteferas linguae quandam gra-  
tiam, ne benignitatem linguae emenciaris.

Hπέπτερος εἰπών.] Si quis aut uerbis offendet a-  
lium, aut manibus uim inferet, memor sit quod reta-  
lietur iniuria multipliciter. Nullum enim malum  
impunitum.

Εἰ δέκεν αὐδίσ.] Aliud præceptum, Sit ne ad-  
mittendus denuo is qui amicitiam uiolauerit, & cu-  
piat nobiscum redire in gratiam. Respondet esse reci-  
piendum, quod satius sit redire in gratiam cum a-  
mico ueteri, quam nouos subinde amicos adiun-  
gere.

Σὲ δὲ μὴ τὸν καταλεγχέτω εἰδότε.] Tu-  
am mentem ne coarguat uulcus, id est, ne uulcus præ-  
se ferat iracundiam & similitatem, sed uide ut ex ani-  
mo eiijcias omnem memoriā pristinarum iniuriarum  
nulla sit significatio offensi animi. In summa sancia-  
tur ex animo ἀμυντα. Nam nihil illiberalius, ni-  
bil in honestius est quam similitatem alere, estq; alic-  
num ab omni humanitate. Nulla unquam fuit tan-  
ta coniunctio hominū qua nō offensi aliquid senserit.  
Et cum Ouidius dicat Orestem cum Pilade in gra-  
tiam redisse, nemo eiusmodi illiberalis ingenij sit, ut  
proper inueteratum odium, uiam amico in gratiam re-  
deundi præcludat. Hoc præceptū diligenter incūlcaſ

*Hesiodus, quòd amicitia fit necessaria in rebus bus  
manis. Sumus enim nati ad societatem. Ergo qui au-  
fert amicitiam, auferit societatem. Et M. Cicero in-  
quit, Neque cælo, neque aqua, neque aere nos uirfre-  
quentius quam amicitia.*

*Σὲ δὲ μέν.) Accusatiuus pro datiuo, Attice.*

**51.** *Mὴ δὲ πολύξεινον μὴ δὲ ἀξεῖνον.) Vtraq; ex-  
trema liberalitatis fugienda esse monet. Est enim  
prodigus & exhaustus facultates omnes, qui crebro  
uult conuiuari. Contra sordidus est qui nemini de  
suis communicat, & qui suum ipse defraudat geni-  
um. Ex prodigalitate homines decoctores ueniunt  
qui inuolant in bona aliena, ex sordiditate in huma-  
nitas nascitur, ut neminem amicum habeas.*

*Mὴ δὲ νακῶν ἐτᾶσθαι.) Admonet malorum  
consuetudinem esse fugiendam, corrumpunt enim bo-  
nos mores colloquia prava. Prouenient autem duo  
mala ex malorum commercio, primum, quia nos in-  
duimus mores istius qui cum uiuimus. Secundo eri-  
am famam propriam prostituimus, quia etiam si non  
corrumpatur aliquis, tamen homines iudicant nos  
corrumphi, quia & proverbiū dicit, Claudio uicinus  
claudicat & ipse breui. Ergo malorum consuetudo  
est uitanda.*

*Mὴ δὲ ξελῶν ρείκεσθαι.) Id est, nefacias con-  
suum bonis, quia uirtus est honore afficienda. Sunt  
autem*

autem pessimi omnium hominum, qui egregiae uirtuti non tantum honorem meritum auferunt, uerum etiam de uirtute bene meritos conuicijs proscindunt. Huiusmodi conuiciatorem principum & honorum uirorum describit Homerus Iliad. lib. 2. Et consolari debet bonus quod impossibile sit in benefactis inuidiam effugere, quemadmodum nec corpus umbram potest declinare.

Μήδε ποτ' ἔλογόδιον πενίαν.) Congeries quedam praeceptorum est. Docet autem hoc loco nemini exprobrādam esse paupertatē, ratio est quod sit donum Dei esse diutinem uel pauperem. Grauiter profecto di etum. Sunt enim qui hinc laudem ingenij captant & magni uiri haberi uolunt, si pauperes & miseros non solum pre se contemnant, uerum etiam conuicijs proscindant. Hos admonet Hesiodus ut perpendant calamitosum esse, non in nostris uiribus, sed in fortuna sicutum esse. Itaque, non est liberalis ingenij calamitatē exprobare cuiquam. Neque enim in nostris uirib. est ut abundemus & quotidie experientia condiscimus, alijs laborantibus nihil, alijs dormientibus omnia, confidere Deos. Qui plurimum laborant, egent plerūque, & contrarium apparet in ijs qui non laborant.

Οὐλογόδιον πενίαν θυμόφθοειν.) Graci apponunt plura epitheta sine coniunctione.

Τέτλαθ'. ) Sustineas, ausis, &c.

Γλώσσης Τιθησανερές εν αὐθρώποισιν ἀερισός.] Generalis hæc sententia est. Linguae Thesaurus inter homines optimus. Nam sermo uincit omnes opes & quicquid est admirabile in rebus humanis. Verum ita solet euenire, ut quo res melior eo frequentiori quoq; in abusu sit. Recte itaq; dicit Poeta: Parce linguae magnam gratiam esse, hoc est, quæ in loco loquitur, quæ non solet effutire quidlibet sine delectu & ratione. Et garrulitas non tam alios quam ipsos authores laedit.

Μή δὲ πολυξένης Διαιτὸς Δυσέμφελος.] Aliud præceptum, debere nos aliquid conferre in publicum, quia nos uicissim multa accipimus à Magistris tibus. Hic sensus cōuenire huic loco uidetur quā transstulit Poeta ad conuiuium, ubi ut paruo sumptu multi alūctur, ita etiam in Rebus pub. paruo sumptu, paruo tributo nobis comparamus pacem. Potest & sic sensus esse, ut si quando amici et cognati conueniunt, non simus sordidi, sed ut libenter & nostra conferamus ad publicum conuiuium. Nam paruo sumptu magnum lucrum emitur, dum collatione multorum apparatur splendidius. Δυσέμφελος à Δύσι & πέμπω difficultis, morosus, quasi dicas, ægre mittēs, der nit gern gibt. Supradixit raupiλίνης Δυσέμφελος..

Μηδέποτ' ἔξηπτες Διὶ λείβειν.) Hactenus les  
ges trae-

gestradidic quæ ad mores pertinente, iam tradet ce-  
remonias, id est, ritus sacrorum. fuit enim hic poëta  
sacerdos. Sunt autem illi ritus symbola quædam, id  
est, allegoria, ut in Mose, Boui tricurant in obli-  
gaueris os, significatur quo animo in illos esse debea-  
mus, quorum opera utimur, atq; ita gratitudinis illo  
gestu admonemur erga homines. Non enim bobus  
sed hominibus scribebatur lex. Ad hunc modum &  
de his præceptis iudicandum est. Nunquam ab  
aurora, id est, mane Ioui libes nigrum uinum ma-  
nibus illotis. Significat sacra reuerenter esse tractan-  
da, & ut non solum foris corpus, uerum etiam ani-  
mum à contagione uitiorum abluant. Hæc reuera-  
ex Patribus sumpta sunt. Allusit & Vergi. ad eam  
consuetudinem, quod illotis manibus non tractabant  
sacra antiquitus dum ait: Donec me flumine uiuo  
Abluero. Et Hector apud Homerum ex pugna re-  
diens negat id ipsum sibi licere.

Mn d' ait' neλίοιο.] Aliud, Aduersus solem  
ne meico. Verecundiam & pudorem commendat no-  
bis hæc sententia, ut discamus honestos & magnos  
uiros reuerenter esse tractandos.

Eρόπης & δ' ὄγε.] Commoratur in præcepto  
uerecūdia, & recenset aliquot ritus qui adbuc apud  
Turcos durant. In Turcica enim lege ingens flagi-  
tium designari credunt, si quis in publice cacaret aus

mingeret. In lege Moysi quoque mandatum erat, ne quis cacaret in castris. Et autem non minus religiosum Turcis ut sedentes mingant quam nostro Poeta. Unde apparet Mahometen ueteres quosdam ritus inutiles suis posteris pro iustitia, quae coram Deo est, reliquisse.

Ευερητίς.) dicitur id quod bonum septum habet.

Μὴ δὲ αἰδοῖα γρῦπη πεπαλαγιμένος.)

A congressu uxoris ne sacra accedas. Admonet rursus uerecundia, ut sacra pure peragantur. Intelligit autem sacra quæ diis domesticis fiebant. Habant enim omnes in uestibulo aras quosdam quibus soliti sunt imponere Vestam, in cuius tutela res erat familiaris. Facit huius Deæ mentionē alicubi Vergilius.

Μὴ δέ δέποδε δυσφήμωτο τάφος.) Ab hilariore coniuicio & non à tristibus sacris accedendū esse ad uxorem, quod ex humido nascantur & aluntur omnia animantia, & ideo Venus ex mari orta.

Δυσφήμωτο.) Ominoso & infausto à δυσφημέω.

Μηδέ ποτε ἀενάων ποταμός.) Poeta senserunt uim quandam numinis esse infusam in omnes res, itaque et omnibus fluminibus suos deos finxerunt qui illa agitarent & mouerent, ob quam caussam & sacra illis fecerunt.

Ος ποταμὸς δύσβητας.) Hoc est, qui tam prophana

*prophana mente est, ut contemnat hanc religionem,  
is fere infortunium à Diis.*

Mn̄ d̄ōrō πεντόζοιο θεῶν.] Non esse ungues si  
præcidendos in conuicio.

πεντόζοιο.] A manu quinq; ramorum.

Mn̄d̄é ποτ' ὀίνοχόν τι θέμαται.] Nunquam pō  
ne lagenam supra poculum, non satis constat quid  
uoluerit significare hoc symbolo.

Mn̄ d̄ē θόμον ποιῶν.] Id est, Spartam quam  
nactus es orna, In quocunque uite genere uersaris in  
illud incumbe, nec cogita quo pacto subinde mutes  
tuam functionem. Ita fiet ut assiduitate & diligētia  
ad frugem peruenias quod non fiet si tibi non constite  
ris & ex alio uite genere subinde in aliud transfera  
ris. Malū omen est si crociet Cornix, ut apud Verg.

Sepe sinistra caua prædixit ab ilice Cornix.  
Λακέρυζα.] pro κελαρύζα, id est, garrula, stridula,  
arguta, proprium epitheton cornicis, à κελαρύζω,  
quod significat resono.

Mn̄ d̄ōrō χυζοπόδων.] Ex ollis non sacrifici-  
catis ne capias cibum, id est, ne edas priusquam di-  
xeris precationem. Elegans cum primis et pium hoc  
præceptum est, neque dubium quin à patribus san-  
ctissimis sit desumptum. Apud Homerum nun-  
quam pocula sumunt, nisi prius libauerint. Eandem  
consuetudinem & apud Verg. Dido seruat.

Μή με γεωγανίσθητος.] Commendat ritus  
suis uerecundiam. Deinde admonet sacra non esse il-  
ludenda, quod semper pœnas impieatas dederint qui  
religiones contemperunt.

Μνδέ ποτ' οὐ περιβα-  
δος fontes. Nam si honor est babendas bonis rebus,  
etiam fontibus debetur suis honor ex quibus bibi-  
mus. Quare & hi in fontes recte immingere dicuntur  
qui sacram doctrinam commaculant.

Φύμιν γαρ τι κακὴν πάλεται.] Significat mala-  
lam famam omnino perire & non esse omnino de ni-  
bilo quod uulgo fertur, quemadmodum & ille dixit,  
Sed nequit ex nibilo uolucris prorumpere fama

& partem uerifabula quaerat.

Locus Vergil in 4. Aeneid. hinc desumptus cū ait:

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum

Mobilitate uiger, uiresq; acquirit eundo, &c.

Homerus fingit quoque Famam Deam esse & nos-  
ciam Iouis, lib. 2. Iliad.

— μῆδ' σφισιν ὅσα δεδήσει  
Οἴωνται ισχαὶ Διὸς ἄγγελοι.

IN HESIODY  
D I E S.

**T**RADIT discrimina dierū, qui fausti uel inauspicati sint, item alia alijs diebus licere. Quædam uero discrimina ad caussas naturales referri possunt, quædam sunt ex superstitionibus. Sunt autem etenim discrimina seruanda, quatenus causæ naturales cogunt. Supersticio uero præter caussas naturales est, & ex impietate profecta. Eset uero infania non habere naturæ rationem, cum illa nobis usui sit, & nostra caussa à Deo condita. Itaq; discrimina dierum nata sunt aliqua ex parte, ex aspectib: quibus Luna intuetur Solem. Sicut medicorum Crizici, septimus, quartus decimus, uigesimus primus. Nam quadrati aspectus carent pugnam naturæ cum morbo, sed superstitiosa obseruatione auditæ sunt. Nā inde apparet non esse certā rationem discriminis dierum apud Hesiodum, quod ait, alijs alios dies probari. Primus dies sacer est. Sunt enim omnia initia sacra. Quartus itē sacer, quia eo die prodit à coitu Luna & uideri potest sacer, quia principium est conspiciendæ Lunæ. Septimū diem uacuū facit, quia Luna distat à Sole quarta parte Zodiaci, qui aspectus quadratus dicitur, et est inauspicatus. Nonus et octauus dies utiles prædicantur crescētibus, & recte quidem.

Etenim humores alit crescentia Lunæ. Undecimus & duodecimus uarie laudatur, quia trigono aspectus Solem Luna intuetur, cum aspectum uocant beneficium.

Huic dicitur cù Διόδευ.] Proponit Poeta sedeturum de obseruatione dierum iuxta ordinationem diuinam, qui sunt auspicati dies & qui inauspicati. Orditur à prima mēsis die quam dicit optimam esse. Et enumerat congerie quadam quid eo die populus agere consueuerit: Solebant autem in ferijs labores mercenariorum expendere, atque pro his numerare & pascere quoque. Item in ferijs conueniebat populus ut iudicaretur, doceretur de religione, & ut mores formarentur. Tum scenici ludi fiebant qui uice concionum fuerant. Et huius ritus ad res politicas & non physicas referendi sunt: pertinent enim ad mores ex quibus sumpti sunt, & non ad res naturales.

Evn.) Prima dies est, ἡνας αρχαὶ ueteres Magistratus. De hac uoce copiose Suida.

Πείκειν.) proprius de ouibus dicitur, & significat condere.

Οἰς.) pro ὥιαις. τῇ pro ταύτῃ, scilicet duodecima die.

Αεροπότητθ.) In aere pendens, uel pedes in aerem eleuans, epitheton araneæ.

Ore

Οτε τὸν ἑπτακοσίην αὐγήν ταῦτα.) Hoc exponunt de  
formica, sed haud scio an recte.

Μένος δὲ τοῦ ισαυδύου.) Absoluit iam primum  
quartum, septimum, octauum, nonum, undecimum  
et duodecimum diem, quos uero omisit uult uidere  
medios. Iam prosequitur in enumerando et dicit ca-  
uendum esse ne sementem faciamus tredecima die.  
Est autem optima ad alendas atque educandas plan-  
tas. Quod autem sationi tredecimum diem ait obesse,  
proprie immodicum humorem fit. Utant enim semē-  
rem facere in solo humidiore iusto. Contra plantas se-  
tere præcipiunt, pluuijs etiam tempestatibus. Plini-  
us, Arborum radices Luna plena operito. Ex Plinio  
illa facile possunt intelligi.

Ἐπτὴ δὲ ἡ μέσην οὐδὲ λαχανικά.) Decimasexta dies ual-  
de incommoda est plantis, quia sicut tredecima dies  
utilis erat plantis, quod tum Luna prope erat plena  
et humor redundabat, inutilis uero sationi, ut dictū  
est, ita decimasexta dies decrescente iam Luna inu-  
tilis est et incommoda plantis, utilis uero maribus  
gignendis. Nam ex humido semine femellæ, ex sic-  
ciore puelli nascuntur. Et decrescente Luna semen  
minus humidum est quam crescente.

Οὐτοὶ δὲ γάμους αὐτοῖς θολῶσαν.) Id est, non est u-  
tile puellis, ut tum contrahant nuptias, quia à pleni-  
lunio cœpit iam humor deficere. Et addidit quædam

*pastoralia officia, quod illud tempus sit bonum castrationi, quod hoc tempore conueniat stabula pastoralia muniri, quod sit bonus dies gignendis maribus. Postremo quod aptus sic dies conuicia dicere, menda cia proferre, blados sermones miscere, & arcana colloquia habere. Quæ omnia ad quadratum aspectum pertinere uidentur.*

§4. *[Μένος δ' ὀγδοάτῃ.] Hoc tempore caprum & bouem castrare conuenit.*

*[Εἰκάσι δ' ἐν μεγάλῃ.] In uigesima die dicit prudentem uirum nasci, & qui bona indole præditus sit.*

*[Ισοργ.] Eum uocat qui multa scit & uidit. Hinc iσοεία quasi dicas inspectio, & iσορεῖν corām intueri & colloqui.*

*[Κέρη δέ τε τεχας.] Id est, Puellæ gignendæ est bona decimaquarta. Nam cum Luna abundat humore. Et hac die (inquit) hoc est in oppositione conuenit boues, canes & mulos cicurare. Nam quando abundant humore, necesse est esse mitiora animantia quia lumen Lunæ est gelidum magis & calor temperior.*

*[Εἰλίποδας.] quasi dicas curuantes uel craben ges pedes, qua noce Homerus libenter utitur.*

*Πεφύλαξο δὲ θυμός. &:*

*[Αλγα θυμοβορεῖν μάλα.] Quartam diem à finē mensis*

ne mensis, & decimam quartam improbat, haud dubie, quia tum oppositio, cum interlunium laedunt corpora. Ideo dicit Θυμοβορεῖν, quia cōsumunt animū. Qui laborant colericis morbis ad postremā quarcam magis languent, Phlegmatici uero contra. Et postremos illos dies in Luna uocant colericos dies, quod cōcitent in corporibus siccis humores.

Ἐν δὲ τέταρτῃ μεσῷ ἡγεδαι.] In quarta die Mensis ducenda est uxor & obseruanda auguria & dijudicanda. Est autem Metathesis in ἐργματι nomine, quod à πέξω uenit.

Πέμπτας δὲ Καλέαδαι.] Quintas monet esse fugiendas, uidelicet primam quintam, decimam quintam, & vicefimam quintam. De qua re cum nulla sit naturalis ratio, cōcenti ea simus quae de religione est. Per id enim tempus obambulans Furiæ et expetunt pœnas à sceleratis hominibus.

Μέαση δὲ ἐβδομάτη Δημίτερος.] Absolutæ præceptiones de dierum discriminibus, qua uero nūc sequuntur ex quibus rationibus nata sint, dixi paulò ante. Icaq; nunc monet poeta frumentum esse uencilandum non crescente sed decrescente Luna, quia humor incommodus latit frumentum, ariditas uero prodest. Quare manifesta rasio est ex usu rerum, cur fruges à plenilunio iubeat uentilare, quia sub id tempore excitanci uenti & aura ficeror est.

Prodest autem importari frumentum siccus, nam madidum statim corrumpitur importatum. Dicendum est autem supra quod Varro præcipiat aream fieri debere rotundam.

(Τλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμίᾳ.) Aliud præcepsum. Faber secato ligna ad thalamum media septima, id est, decrescente Luna. Diximus autem supra ex Plinio, quod materia decrescente Luna cadenda sit, quod illa firmior sit, quæ uero crescente cadit, illico putreficit. In quarta uidelicet die incipe glutinare naues fragiles, quod rectius fit cum aura est humidior.

(Ειράς δὲ μέσην ξηιδείησα.) Nona dies media, id est, decima nona meridiana melior dies scilicet est. Ξηιδείησα est adverbium pluralis numeri, si cut ράτα. Ξηιδείησα crepusculum uocant, Ξηιλινὸς & Ξηιελος meridianus, & meridianum tempus Ξηιλινὸν uocant.

55. (Περτίση δὲ ειράς πάντα πήμων.) Prima nostra dies, scilicet à principio mensis prorsus innocua est, propter ter geminum aspectum cum Sol abest à signis. Hac dies utrisq; gignendis accommodata. Et nunquam prorsus mala dies est, uidelicet si aliquid ea die facias quod conueniat.

(Παῦροι δὲ αὖτ' ἵσται.) Paucisciunt uigesimam nonam optimam mensis, & loquitur de biduo ante

čr̄nū n̄ḡ r̄v̄ar. Es̄t enim tum bona dies ad aperien-  
dum dolium, item boues mulos & equos aptare iugo.  
Ad hæc bona dies es̄t demittere nauem in altum,  
quia sub id tempus es̄t temperatissima & tranquila  
aura.

Αρξαθει τίθου.) Græcismus es̄t pro aperire  
dolium.

Παῦεγι δέ τ' ἀληθέα κικλίσοντι.) Id est,  
Paucicertum sciunt quæ dies præstat, paucirecto fer-  
uant hoc dierum discriminem.

Τεχάδι δ' οἶγε τίθου.) Media quarta, id est,  
decimaquarta dolium aperi, quòd bac dies præ omni-  
bus sacra sit.

Παῦεγι δ' αὐτο μετ' εἰκόδαι.) Ελληνις es̄t,  
nam ad dies referri debet ut sit sensus. Pauci posse  
uigesimam mensis optimam probant sequentes dies.  
Iam & tempestatum & corporum maxime mutatio-  
nes fiunt principio postrema quartæ quod obseruan-  
do poteris discere.

Αἱ δὲ ωδὴ ἡμέραι εἰσὶν.) Epilogus præceptorum  
est. Aliæ dies sunt hominibus magna utilitas, aliæq;  
sunt ancipices. μετάδυποι enim sonat promiscue.  
Es̄t igitur diligenter considerandum quid religio  
præcipiat, deinde quid oriatur ex causis naturali-  
bus, ut si luna sit in signo illo quod dominatur mem-  
bro alicui, id membrum naturali de causa uerant

tangendum esse ferro, ita de reliquis sentiendū. Quod autem non ex uera religione neq; de certa caussa naturali sit illud supersticio est.

Αχέροις την φέργοσα].] Politianus uidetur uerisse emortuos dies. Et Homerus Somnia uocat αχέροντα quasi dicas, inania.

Αλλο δ' ἀλλοίν τε εἰναι.] Hic uidemus Hesiodum non ubiq; secutum certam rationem, sed in placisq; superstitionem & consuetudinem hominum.

Αλλο τε μηδέ τὴν φύσιν οὐδέ τινα μέρας.] Miræ sunt uices rerum, & natura tā multipliciter nos lēdit quām iuuat.

Τάχον τὸν αἴματον τε καὶ ὄλβιον.] Bene ille habebit, qui seruauerit quidem dierum discrimina. Ad uocit eam Corredionem, quod alij alias probent ac laudent. Verum iste inculpabilis erit Dijs, id est, ille non peccabit qui suo queq; die fecerit, & qui auguria id est, signa & transgressiones obseruat, hoc est, qui non uiolabit ea quæ religiosè & utiliter constituta sunt. Nam Dijs auent ijs qui natura recte uentur.

ΕΠΙ-

## ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

εἰς Ησίοδοι.

ΕΛΛΑΣΘ σύρυχόρυτέφανος, καὶ κόσμου ἀοιδῆς  
Ασκραιον γλυκεὶς Ησίοδον κατέχω.

Αναθηματικὸν εἰς ἀμτὸν.

ΗσίοδΟ μάστιγς ἐλικωνίσι τόνδ' αὐτέπικα,  
Τυμωνικήσας δὲ χαλκίδι θεῖον ὅμηρον.

Εἰς τὸν ἀμτὸν.

ΟλβΙΘ ἔτος αὐτὴρ, ὃς ἐμὸν δίόμενον ἀμφιπολεύει,  
ΗσίοδΟ μάστιγοι πεπιλέθητος αἴθανάποι.  
Τῇστηντι κλέθητος ἔσαι δόσοντ' ἔπικίδιναται πώς,  
Αλλὰ διὸς πεφύλαξσο νεμέις κάλλιμον ἄλσος.  
Καὶ γάρ Τιθανάτοιο τέλοθε πεπειραμένον δέξαι,

Εἰς τὸν ἀμτὸν.

Ασκρημένος παῖς πολυληΐθος. ἀλλὰ θανόντος,  
Οσέα πληξίπτων γῆ μνυσθεὶς κατέχει  
Ησιόδης. τῇ πλεῖστον δὲ αὐτῷ ποιεῖται δέκτη,  
Αυδρῶν κεινομένων, δὲ βασανῷ σοφίης.

Αλκαίος εἰς ἀμτὸν.

ΔοκείδΟ δὲ νεμέῃ σκιερῷ γένειον Ησιόδοιο  
Νύμφαι κρηνιάδων λύσαν δόπο σφετέρων,  
Καὶ τάφον ὑψώσαντο. Γάλακτι στέποιμένες αὐγαῖ  
Ερράναν, ξανθόμιξάρμοι μέλιτο.  
Τοίνυν δὲ γῆραις ἀπέπνεεν δινέα μυσθη  
Ο φρέσβυτος, κανθαρῶν γεμοσάρμος λιβάδων.

IN HESIODI LIBELLVM,  
cui titulus ἔργα καὶ ήμέ-  
ραι, ἀθηναγ.

Ησιόδος τοτὲ βίβλον ἐμάντις τὸ χερσὸν ἐλίσασιν,  
Πυρρέων ὅτε ἀπλέων εἶδον ἐπερχομένην.  
Βίβλον δὲ ρύψας ἐπὶ γλῶν χερὶ, τῇτ' ἐβόησε,  
Ἐργα τι μοι παρέχεις ὡς γέρων Ησιόδε;  
Εἰς εἰκόνα Ησιόδου.

Ασκληπάδος.

Αὐτὰς ποιμαίνοντα μεσιμβρινὰ μῆλά σε μᾶσα,  
Εδρακον ἐν κρεναοῖς φρεσιν Ησιόδε.  
Καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυασάμδυαι τῷτε πᾶσα,  
Ωρεξαν δάφνης ἴερὸν ἀκρέμονα.  
Δῶκαν δὲ κριώνες ἐλίκωνισθε οὐδέποτε  
Τὸ πλανῆ πώλευ περιθνέκοψεν οὐδεν.  
Οὖ σὺ κορεασάμδυος, μακάρεσσον γῆθε ἔργα τε μολ  
Καὶ γῆθε αρχαίων ἔγεαφες ηὔθεων. (παῦς,

ΤΕΛΟΣ.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRI  
STOPHORVS FROSCHOE  
*uerus, Anno M. D. LXI.*  
*Menje Decembri.*